Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

<36602906180011 S

<36602906180011

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

~~E. 45 ff~~
~~J. can. P. 1167~~
J. can. p. 1167-3
Würdtwein

Digitized by Google

SUBSIDIA DIPLOMATICA
AD
SELECTA JURIS
ECCLESIASTICI GERMANIAE
ET
HISTORIARUM CAPITA ELUCIDANDA
EX
ORIGINALIBUS ALIISQUE
AUTHENTICIS DOCUMENTIS
CONGESTA, NOTIS ILLUSTRATA ET EDITA
a
STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN.
Eminentiſſ. ac Celſiſſ. Archi Epiſcopi Princ. Elect. Moguntini Conſiliario Eccleſ. Officiale &c. Inſignis Eccleſiæ Colleg. B. M. V. ad Gradus Decano.

TOMUS TERTIUS.

HEIDELBERGÆ,
SUMPTIBUS TOBIÆ GOEBHARDT,
BIBLIOPOLAE UNIVERSITATIS BAMBERGENSIS
MDCCLXXIV.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

BENEVOLO LECTORI S.

Summariam hujus Tomi Tertii rationem reddituri notamus, quod Preces Archi & Epiſcopales in eo occurrentes *a*) cum Imperialibus *b*) in multis conveniant. Nam

)(2 *Pri-*

a) Preces Archi Epiſcopales Moguntinas a Nro I. ad XXVI. exhibemus. vid. etiam *Vitriarius cum notis Pfeffingeri Tom. 3. pag.* 747. Precum Archi Epiſcoporum Colonienſium mentio fit ſub Nris XXVI, XXVIII. XIX. adde *Vitriarium l. c. pag.* 757. ſunt autem extra uſum a tempore *Clementis Auguſti* Archiep. Trevirenſium preces Nri XXIX a. & XXIX b. continent. In Archi Epiſcopatu Salisburgenſi nullas, in Magdeburgenſi & Bremenſi nonniſi junioris ævi Preces reperire licuit. Exemplaria lege in *Georg. Henr. Ayreri Comment. de prim. precibus.* Quod & Epiſcopi in Creationis ſuæ primordiis preces ad Eccleſias ſuas dirigere ſoleant, docet Eccleſia Baſileenſis, cujus neo-electus Epiſcopus preciſas nominat pro Eccleſiis Collegiatis in *Colmar*, in *Thann*, in *Granfelden* modo *Telsperg* & *S. Urſicii*. In Eccleſia Equeſtri *Murbacenſi* modo *Gebwiler* Canonicorum unus ſeligitur cujus præbenda ſedi Baſileenſi affecta manet. Precum Baſileenſium exemplaria ſubminiſtrabit ſequens ſubſidiorum Tomus IVtus.

b) Conferantur Preces Imperiales Tomo II. Subſid. Diplom. a pag. 1 — 325.

Digitized by Google

Primo. Antiquiſſimæ ſunt, ut patet e Mathiæ Archiep. Mog. precibus an. MCCC XXIII. conceſſis, quæ ad antiquam Prædeceſſorum Archi Epiſcoporum conſuetudinem hactenus ſervatam provocant. *c*) cui, ſicut Imperiales innituntur. *d*)

Secundo. Conceduntur in primordio Creationis ſive inthroniſationis ſuæ.

Tertio. Porriguntur pro una perſona idonea.

Quarto. Diriguntur ad omnes & ſingulas Eccleſias & monaſteria totius Diœceſis. *e*)

Quinto

c) Quodſi *Mathiæ* Archiep. Mog. quatuor ſolummodo Anteceſſorum regiminis annos computemus, tempora *Rudolphi* I. Imp. multum transſcendimus vid. Nrus I.

d) Conferantur preces *Mathiæ* Archiep. Nro I. cum precibus *Rudolphi* I. Subſid. Diplom. Tom. II. pag. 1.

e) Inſpiciatur Eccleſiarum elenchus, ad quas tempore *Jacobi* Archiep. Mog. datæ ſunt preces Nro XIV. & Nro I. not. c.

Digitized by Google

Quinto. Dicendæ ſunt veræ preces, quibus

Sexto Aetas alia addidit comminationes & executores, ut preces mox admitterentur & ad effectum deducerentur. *f*)

Septimo. Dantur pro præbenda vel actualiter vacante vel proxime vacatura.

Octavo. Preces antiquiores non extenduntur ad dignitates. *g*)

Nono. In hiſce precibus inſinuandis proceditur ut in Imperialibus. *h*)

Decimo. Transferuntur de perſona in perſonam, *i*) Differunt autem in ſequentibus:

f) Confer. Subſid. Diplom. Tom. II. Nrum I. not. b. & hujus Tomi Nros I. & II. &c.

g) vid. Nrum X. &c.

h) vid. Nrum XVI. &c.

i) vid. Nrum XVIII.

Digitized by Google

Undecimo. Preces iſtæ expirant, ſi ante mortem Archi Epiſcopi concedentis effectum ſuum conſecutæ non fuerint. *k*)

Duodecimo. Executioni dantur in menſibus Capituli non Papalibus. *l*)

Decimo tertio. Secundum morem hodiernum Canonico Capitulari Metropolitanæ preces pro certa quadam Eccleſia conceduntur & mox ſubjungitur is, cui jus precum ceditur. *m*)

Decimo quarto. In concurſu precum Imperialium & Archi Epiſcopalium, illæ præferuntur &c.

De illuſtri hac materia quæ adhuc monenda reſtant, ex accuratiori precum inter ſe collatione facile detegentur.

Poſt

k) De precibus Colonienſibus aliter dicendum. vid. Nrum XXIX.

l) Archi Epiſcopi in menſibus papalibus ex indulto præbendas conferunt.

m) vid. Nros XXV. & XXVI.

Digitized by Google

Poſt preces ab Archi Epiſcopis dari ſolitas, Eccleſiæ Colonienſis Conſtitutiones, quas *Branda* Cardinalis an. MCCCCXXIII. divulgavit, perlubenter communicamus eo cariores illas reputantes, quo rariora ſunt hujus tractûs documenta.

Sequitur dein pars hiſtoriæ Moguntinæ parum cognita, controverſa ſcilicet Electio *Godefridi* Comitis *de Leiningen* an. MCCC XCVI. contra quem *Joannes Naſſovicus* ſolium Archi Epiſcopale obtinuit.

Cumque Univerſitas Moguntina poſt lapſum quadriennii annum ſecularem tertium celebratura ſit, pro augenda iſthac ſolemnitate præmittimus ejusdem ſtudii Generalis Origines & progreſſus.

Nec minoris pretii ſunt Acta Concilii Provincialis Colonienſis an. MDXLIX. habiti, quæ in Collectione Conciliorum Germaniæ Schannati ab Hartzhemio, Schollio & Neiſſenio Coloniæ edita fruſtra quæſiveris.

Digitized by Google

Utile & jucundum eſt in iisdem perlegere: quo ordine, qua ſolicitudine & quo pietatis zelo in ſacris hujusmodi conventibus procedatur.

Ne quid materiæ Precum Imperialium Tomo ſecundo pertractatæ deſit, addimus Preces *Friderici* III. Rom. Regis de anno MCCCCXLII.

Uno omnia obtutu exhibet ſequens



ELEN-

Digitized by Google

ELENCHVS CHARTARVM.

I.

Preces primariæ Mathiæ Archi-Epiſcopi Moguntini 1323. *pag.* 1

II.

Preces Henrici Archiep. Mog. ad monaſterium in Kaldern directiæ 1337. 4

III.

Litteræ ſupplices ad Henricum Archi-Ep. Mog. ut preces ſuas primarias monaſterio Aldenmünſter porrectas exequi faciat circ. 1338. 5

IV.

Preces Adolphi Archi Ep. Mog. ad monaſterium in Worbes 1381. 6

V.

Theodericus Archiep. Mog. reſcribit Capitulo Francofordienſi ut vicariam vacantem preciſtæ conferant 1440. 9

VI.

Preces Adolphi II. Archiep. Mogunt. 1471. 10

Digitized by Google

VII.
Preces Dietheri Archi Ep. Mog. altera vice electi pro Ecclesia S. Bartholomæi in Francofurt. 1476. 12

VIII.
Preces Bertholdi Archi Ep. Mogunt. 1484. 13

IX.
Bertholdi Archiep. M. edictum de dilatione in expediendis precibus evitanda 1485. 15

X.
Provisio Johannis Marr super cantoria Ecclesiæ S. Bartholomæi Francofurtensis ex jure devoluto. 1500. 16

XI.
Jacobi Archiep. Mog. precum primariarum forma. 1504. 18

XII.
Forma precum ad aliam diœcesin directarum. 1504. 20

XIII.
Primariarum Precum forma ut aliqua in monialem alicujus monasterii recipiatur. 1504. 22

XIV.
Preces primariæ tempore Dni Jacobi A. M. expeditæ. 1504. 23

XV.
Processus est actus judiciarii precum Alberti Archi Ep. Mog. comitem de Rineck concernen-

Digitized by Google

cernentes, vacante Decanatu in Eccleſia S. Barthol. Francoford. circ. 1514. 32

XVI.

Preces Wolffgangi Archi Epiſcopi Mog. 1584. 38

XVII.

Inſinuatio harum precum 1585. 40

XVIII.

Ceſſio Precum. 1587. 42

XIX.

Ceſſarum precum inſinuatio. 1587. 45

XX.

Preces Joannis Adami Archi Ep. Mog. 1603. 47

XXI.

Preces ejusdem Archi Epiſcopi ad Abbatem & Conventum Fuldenſem. 1603. 49

XXII.

Preces Joannis Suicardi Archi-Ep. Mog. 1605. 50

XXIII.

Inſtrumentum translatarum ſive ceſſarum precum. 1605. 52

XXIV.

Georgii Friderici Archiep. Mog. precum inſinuatio. 1628. 54

XXV.

Preces Philippi Caroli Archi Ep. Mog. 1732. 57

XXVI.

Digitized by Google

XXVI.

Emerici Josephi Archiep. Mog. preces. 1763. 60

XXVII.

Ordinatio circa nominationes ad canonicatus & præbendas in Ecclesia S. Andreæ Colonienſi. 1322. 62

XXVIII.

Ordinatio nominandi Canonicos in Ecclesia S. Kuniberti Coloniæ. 1331. 68

XXIX.

Extractus Capitulationis Ferdinandi Coadjutoris Colonienſis puncto precum primariarum. 1595. 72

XXIX. a.

Preces Jacobi Archi Epiſcopi Trevirenſis. 1439. 73

XXIX. b.

Preces Johannis Philippi Archi Epiſcopi Trevirenſis. 1756. 75

XXX.

Conſtitutiones Eccleſiæ Metropolitanæ Colonienſis. 1423. 76

XXXI.

Capitulum Moguntinum poſt obitum Conradi Archi Ep. compromiſſarios conſtituit pro eligendo Archi-Epiſcopo. 1396. 152

XXXII.

Digitized by Google

XXXII.

Promulgatio Electionis Godefridi de Leiningen Archiep. Moguntini. 1396. 157

XXXIII.

Litteræ multorum de Capitulo Moguntino ad Johannem de Naſſau, queis, ut ſibi de Archi Epiſcopatu contra Godefridum de Leiningen provideri faciat, excitatur anno 1396. 158

XXXIV.

Litteræ Godefridi de Leiningen, queis conqueritur contra Capitulares in præcedentibus ſubſcriptos anno eodem. 164

XXXV.

Litteræ Godefridi de Leiningen ad Univerſitatem ſtudii Colonienſis ut dehortaretur Johannem de Naſſau a ſuo malo propoſito circa idem tempus. 166

XXXVI.

Litteræ Friderici Archiep. Colon. quod pro eligendo Godefrido nulla dona dederit & promiſerit anno 1396. 169

XXXVII.

Litteræ Godofridi ad Civitatem Moguntinam. 1397. 170

XXXVIII.

Digitized by Google

XXXVIII.

Litterœ Regis Romanorum ad D. Bonifacium Papam pro Godefrido de Leiningen. 1398. 173

XXXIX.

Concordia Johannem de Naſſau proviſum Apoſtolicum inter & quosdam Capitulares Mog. qualiter ineunda? 1398. 176

XL.

Litterœ Emichonis de Leiningen fratris Defuncti Godefridi ad Conſules & Cives Mog. ſuper variis in cauſa Electionis Godefridi. 1417. 178

XLI.

Sixtus IX. Pontifex Archiepiſcopo Moguntino Diethero reſpondet ad litteras, in quibus propoſitum aperuit, erigendi Academiam Moguntinenſem, ac ejusdem petitis annuit. 1476. 182

XLII.

Litterœ ab Archi Epiſcopo Diethero publicari juſſæ, queis diem aperiendi ſtudii generalis Moguntini determinat. 1477. 187

XLIII.

Sixtus IV. PP. pro ſalariis Profeſſorum Moguntinorum aſſignat canonicatus & præbendas. 1477. 197

XLIV.

Digitized by Google

XLIV.

Dietherus Archi Epiſcopus Bullæ Sixtinæ executor. 1477. 205

XLV.

Univerſitatis Moguntinæ ſtatus & fundatio per bullam Pontificiam declarantur. 1478. 207

XLVI.

Bulla Pontificis, in qua Canonicatus & præbendæ Profeſſoribus Moguntinis in ſalaria aſſignantur, a Diethero Archi Epiſcopo executioni demandatur. 1478. 214

XLVII.

Privilegia Univerſitati Moguntinæ a Diethero Archi Epiſcopo Electore conceſſa. 1479. 223

XLVIII.

Dietheri Archi Ep. Mog. declaratoria: quinam fructus Canonico S. Bartholomæi Francoford. ab Univerſitate Mogunt. præſentato porrigi debeant? 1480. 229

XLIX.

Univerſitas Mog. prædictam Dietheri declarationem collaudat. 1480. 232

L.

Citatio ad videndum transſumi litteras Apoſtolicas Univerſitatem Mog. concernentes. 1480. 233

LI.

Digitized by Google

LI.

Suppreſſio & extinctio præbendarum Univerſitatis. 1713. 241

LII.

Fructus præbendæ in Collegiata B. M. V. ad Gradus ſuppreſſæ Univerſitati aſſignantur. 1716. 273

LIII.

Reſuſcitatio præbendarum Univerſitatis Mog. 1731. 276

LIV.

Acta Synodi Provincialis Colonienſis. 1549. 311

LV.

Preces Friderici III. Rom. Regis. 1442. 411

Vale, Lector amiciſſime! & nobiſcum ſerio & ita collabora, ut ſciat omnis populus, quod ſalus rei publicæ & ſupremi Numinis gloria curarum, laborum, ſtudiorumque noſtrorum ſit finis.

Dabam Moguntiæ e Muſæo XV. Kalend. Julii MDCCLXXIII.

Digitized by Google

PRECES ARCHI-
ET
EPISCOPALES.

I.

PRECES PRIMARIAE MATHIAE ARCHIEP. MOGVNTINI. *a)*

Mathias Dei & Apoſtolice ſedis gratia Sancte Moguntine ſedis Electus & Conſecratus honorabilibus viris *Gotfrido de Eppenſtein* Cuſtodi, *Eberhardo de Lapide* Cantori totique Capitulo Eccleſie Moguntine, Decanatu ejusdem vacante, devotis ſuis dilectis

a) *Mathias* è Comitibus *de Bucheck* monachus Ordinis *S. Benedicti* in Cœnobio Murbacenſi profeſſus ſolium Archi-Epiſcopale Moguntinum conſcendit Anno MCCCXXI. *Petri* Succeſſor.

Digitized by Google

lectis ſalutem in Domino ſempiternam. Recolende memorie ſancte Moguntine ſedis Archi-Epiſcoporum predeceſſorum noſtrorum, qui ſecundum antiquam dicte ſedis Magunt. conſuetudinem appellatam hactenus & ſervatam, in ſue creacionis primordio in Eccleſia Maguntina ſuper proviſione unius perſone habebant petere & ſine difficultate qualibet exaudiri, veſtigiis inherentes, *b*) Devocioni

Obiit autem anno priore *Petrus* Archi-Epiſcopus teſtante ejus monumento in Metropolitana Moguntina erecto. Sic Auctor *Geſtorum Balduini Archiepiſcopi Trevirenſis lib. III. cap. IV. pag. 140. ſq.* Illo tempore Dominus *Petrus* Moguntinenſis Archi Epiſcopus recordationis feliciſſimæ defunctus de ſæculo, de carnis ergaſtulo feliciter migravit. Quo defuncto Moguntinenſe Capitulum ante Argentinam venit ad Dominum *Baldewinum* (*ibidem in Caſtris agentem*) totaliter congregatum & ad ſanctam Moguntinenſem ſedem in Capitulo concorditer ipſum poſtularunt. Et ecce non poſt multum temporis intervallum quidam nigrorum de ordine monachorum *Mathias* nomine electus ac confirmatus a Papa in Archi-Epiſcopum Moguntinum deſtinatus, qui ſe omnimode in Domini Baldewini gratiam donavit, electionem Domini *Ludovici* Regis per Dominum *Balduinum* approbavit & cum ipſo ſibi utiliter conſpiravit; unde Dominus *Balduinus* ipſum a Capitulo in Archi-Epiſcopum receptari feliciter procuravit, de ſua poſtulatione facta gratiarum multimodas referendo actiones.

b) Provocant hæ preces ad antiquam ſanctæ ſedis Moguntinæ conſuetudinem a prædeceſſoribus Archi-Epiſcopis obſervatam. Quodſi ultra hominis memoriam,

cioni veſtre pro *Thuringo* nato Nobilis viri *Thuringi de Ramſtein* Prepoſito Eccleſie Heiligenſtadenſis Conſanguineo noſtro dilecto *c)* porrigimus preſentibus

moriam, quam ſaltem indigitare videtur conſuetudo antiqua, velimus aſcendere, facile transſcendimus Rudolphi primi preces primarias, queis antiquiores reperire necdum licuit, & cum eis unam eandemque originem, antiquam nempe obſervantiam ſucceſſive introductam detegemus. confer, *Tom. II. Subſidior. Dipl. pag. 2 & 3.*

c) Pro Thuringo nobili de *Ramſtein* harum quidem diploma precum expeditum eſt, ſed de earundem executione eo magis dubitatur, cum nequidem in Syllabo pleniori Metropolitanæ Canonicorum occurrat nobilis de *Ramſtein* conf. *Joannis Tom. II. Rer. Mog. pag. 387.* & ſeq. Neque quod contra proprium *Mathiam* Archi-Epiſcopus egerit privilegium Clero Moguntino conceſſum præſumendum eſt; circa hoc ipſum tempus enim is omni cum ſolennitate adpromiſit, quod contra electiones, ordinationes, diſpoſitiones dignitatum perſonatuum Prelaturarum Officiorum Canonicatuum prebendarum & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum ad dictos Prelatos vel capitula ſeu conventus communiter vel diviſim pertinentium ad preſens vacantium vel quos ſeu quas aut que vacare contigerit in futurum nullum impedimentum per inhibitionem reſervationem vel per quamcumque viam aliam ſive ex quacunque cauſa preſtabimus, quo minus in hac parte gaudeant libere jure ſuo ſibique & Eccleſiis de hujusmodi dignitatibus perſonatibus prelaturis, Officiis, Canonicatibus & prebendis & aliis beneficiis eccleſiaſticis perſonis ydoneis prout eis placuerit & viſum fuerit expedire per formam

ſentibus primarias preces noſtras rogantes vos & attentius requirentes, quatinus Dei intuitu noſtraque contemplatione ipſum *Thuringum* in veſtrum & dicte veſtre Eccleſie recipiatis canonicum & confratrem prebendam ſibi tamquam alteri veſtro Concanonico, ſi qua vacat, vel quo ad primum ad id ſe facultas obtulerit, in dicta veſtra Eccleſia benivole aſſignetis, ut obinde vobis ac ſepedicte veſtre Eccleſie in omnibus favorabilius intendere & aſſiſtere non immerito debeamus. Datum *Achaffinburg* Nonas Julij Anno Domini Milleſimo CCCXXIII.

II.

PRECES HENRICI ARCHIEP. MOG. AD MONASTERIVM IN KALDERN DIRECTAE.

Henricus Dei gratia Sancte Maguntine ſedis Archi Epiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archi Cancellarius dilectis nobis in Chriſto Abbatiſſe & Conventui monaſterii in *Kaldern* Ordinis Ciſterc: noſtre dioces: ſalutem & ſinceram in Domino Karitatem. Pro dilecta Nobis in Chriſto *Adela* filia *Craftonis de Hohenvels* militis pro prebenda

electionis collationis vel proviſionis ſeu alias quocumque modo, poſſint & valeant, canonice providere.

Ab hoc tempore Eccleſiæ Collegiatæ civitatis Moguntinæ, a precibus Archi-Epiſcopalibus, licet hinc inde pro eisdem expeditis, fuere immunes.

Digitized by Google

benda monichali vobis porrigimus noſtras primarias preces attentius vos rogantes, quatinus dictam *Adelam* hujusmodi primariarum precum noſtrarum intuitu in veſtram recipiatis conmonacham & ſororem, eamque karitative in Domino pertractetis in premiſſis vos adeo benivolos exhibentes, quod vos & veſtrum monaſterium ſpiritualibus gratiis, favoribus & promocionibus proſequi merito teneamur, alioquin damus diſcreto viro plebano in *Dutfe* in mandatis ut vos ad hoc noſtra auctoritate compellat eccleſiaſticam per cenſuram. Datum *Franckenvort* Anno Domini MCCCXXXVII. XVI. Kal. Auguſti.

III.

LITTERAE SVPPLICES AD HEINRICVM ARCHIEP. MOG. VT PRECES SVAS PRIMARIAS MONASTERIO ALDENMVNSTER PORRECTAS EXEQVI FACIAT.

Reverendo in Chriſto Patri ac Domino Dño *Henrico* Archi Epiſcopo Mogunt. Sacri Imperii per Germaniam Archi Cancellario Salmannus ſuus Camerarius Magunt. cum omni moda ſubjectione ſe & ſua. Pro eo quod Paterne pietatis benivolencia *Grede* nate quondam *Emerici* ſculteti & viri fidelis Magunt. pro receptione filie ſue in monaſterio *Aldenmünſter* veſtras primarias preces dediſtis, veſtre Dominacioni Reverende ſi quas poſſum gratiarum refero actiones & eidem veſtre Dominacioni

ni ſupplico humiliter & devote, quatinus ut hujus-modi preces veſtre debitum ſorciantur effectum, honorabilibus viris Dominis Scolaſtico & Cantori Eccleſie S. *Stephani* Mog. Dioc. *Grede* filie pro executoribus deputetis, ipſisque executoribus ſub gravibus penis mandantes, quatinus Abbatiſſam & conventum predicti monaſterii ad receptionem ejusdem filie compellant eccleſiaſticam per cenſuram, & hoc valde eſt neceſſe, quia Abbatiſſa & conventus predicti monaſterii ad easdem preces eis intimatas & lectas valde tepide faciunt, ita quod niſi coherceantur, ex virtute & benivolentia propria forſitan veſtram voluntatem in hac parte exaudire differunt quantum poſſunt.

An. MCCCXLVI. Kalendis Novembris *Gerlacus* Archiep. Mog. preces primarias pro *Sophia Schirmers* ad monaſterium in *Huſtorff* ordinis *S. Benedicti* direxit. Earundem tenor cum precibus *Adolffi* immediate ſequentibus convenit paucis hinc inde mutatis. Pro executore denominatus eſt Cuſtos Eccleſiæ S. *Mariæ* Erfordenſis. Integras preces exhibet *Thuringia Sacra pag. 382.*

IV.

PRECES ADOLPHI ARCHI EPISCOPI AD MONASTERIVM IN WORBES.

Adolffus Dei Gratia Sancte Maguntine ſedis Archi Epiſcopus ſacri Imperii per Germaniam Archi Cancellarius Religioſis Prepoſito Abbatiſſe & Conventui Monaſterii in *Worbes* Ordinis Ciſtercienſis

cienſis devotis noſtris dilectis ſalutem in Domino ſempiternam. Cum ſecundum antiquam & laudabilem conſuetudinem hactenus inviolabiliter obſervatam ſinguli noſtri predeceſſores Archi Epiſcopi Maguntini pro tempore in omnibus & ſingulis Eccleſiis & monaſteriis noſtrarum civitatum & dioceſis in ſuarum creacionum primordio preces ſuas primarias pro unius perſone proviſione ſeu recepcione quoad prebendam ipſius monaſterii porrigere habebant, que ſunt ut decebat ſine difficultate qualibet exaudite, nos ipſorum predeceſſorum noſtrorum veſtigiis inherentes vobis pro dilecta nobis in Chriſto *Katherina Guntbrami* de *Aldendorff* filia Officiati in *Ruſteberg* primarias porrigimus preces noſtras attencius vos rogantes, quatenus prefatam *Katherinam* in veſtram & dicti veſtri monaſterii absque ſubterfugio & difficultate qualibet recipiatis monacham & ſororem, prebendam vero eidem ſiqua jam in dicto veſtro monaſterio vacat, alioquin proxime vacaturam ſibi & nulli alteri de jure debitam aſſignando facientes ſibi de redditibus proventibus & obventibus juris quibuscunque ſicuti uni ex aliis dicti veſtri monaſterii conſororibus integraliter reſponderi; exhibentes vos in premiſſis ut ob inde ad veſtras & dicti veſtri monaſterii promociones oportuno tempore jugiter intendere debeamus. Alioquin honorabili Decano Eccleſie Heilgenſtadenſis damus hiis noſtris literis in mandatis quatenus vos ad hoc auctoritate noſtra compellat eccleſiaſticam per cenſuram. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum, Datum *Heilgenſtad* feria ſecun-

Digitized by Google

da poſt diem ſancti *Laurencii*. Anno Domini Milleſimo CCC° octuageſimo primo.

An. MCCCXIX. feria ſexta ante feſtum Nativitatis Chriſti *Conradus* Archiep. Mog. ſuas primarias preces ad monaſterium Sanctimonialium in Padershuſen ſic expediri fecit: . . . „Cum ſecundum antiquam & laudabilem conſuetudinem hactenus „inconcuſſe ſervatam omnes & ſinguli. . . noſtri „predeceſſores Archi Epiſcopi .. in ſuarum promocionum exordiis & cum ad regimen ſancte Eccleſie Maguntine fuerunt aſſumpti, ſinguli eorum ad quamlibet Eccleſiam, quodlibet monaſterium & ad quorumcunque & quarumcunque collatorum & collatricum collationem pro unius proviſione perſone habebant porrigere et etiam actualiter porrigebant primarias ſuas preces, que ſine difficultate & contradictionis obſtaculo fuerunt, prout decebat, reverenter exaudite. . . . Nos pro dilecta in Chriſto Gela nata ſtrenui militis *Crafftonis de Elkershuſen* offerimus primarias preces noſtras, vos nichilo minus exhortantes & ſeriofius requirentes & prout exigit, in virtute ſancte obedientie mandantes, quatenus noſtri contemplacione predictam gelam in veſtro monaſterio . . tanquam ſanctimonialem ſororem recipientes & aſſumentes eam de ſingulis emolumentis ſicut & cetere veſtre ſorores & ſanctimoniales gaudent & percipiunt, gaudere & percipere faciatis cum effectu, quod niſi feceritis, vos ad hoc compellemus Eccleſiaſticam per cenſuram &c.

An. MCCCCLIX. eidem parthenoni in conſimili forma preces obtulit tunc electus *Dietherus de Iſenburg* in Gratiam *Catharinae* filiae *Caſpari de Dittelsheim* & ſecunda vice regimini admotus pro *Agnete Riedeſel* ſub dato 1. jan. An. MCCCCLXXVI. vid. *de Gudenus Tom. III. pag.* 387.

V.

V.

THEODERICVS ARCHIEP. MOG. RESCRIBIT CAPITVLO FRANCOFORDIENSI VT VICARIAM VACANTEM PRECISTÆ CONFERANT.

Theodericus Dei gratia Archi Episcopus Maguntinensis &c.

Unsern grus zuuor, Ersamen lieben andechtigen, Wir zwifeln nicht, uch sin wol furkomen und insinuirt wurden soliche unser primarie preces, so wir dann dem Erbern *Johann Sferber* unserm Notarien lieben andechtigen und getruwen, uff uch und uwern Stifft gegeben han, so han wir auch verstanden wie das lehste eine Vicarie in uwer Kirchen vacirt habe, dieselben Vicarie dann des obgenanten Johannes procuratores in sinem abewesen und als er nit bynnen landes gewest ist, acceptiret, und uch durch soliche unser preces, und auch einen unsern betebriff daby, gutlichen ersucht und ermanet haben, soliche Vicarie demselben unserm Notarien für einem iglichen andern, umb Gots und unsern willen zulihen, des Jr dann nit angesehen, sunder einem andern, ane gracien und brieue zugelassen und jm possessien gegeben, und unser preces primarias verachtet habt, des wir uns doch in keinenweg zu uch versehen hetten, want jr nu selbs wol erkennen konnet, das uns nit geburet, soliche unser preces und Friheit, die unsern vorfarn wir und unser stifft, von alter lobelicher und bewerlicher gewonheit und herkomen, herbracht, und biss

uff dieſe zyt behalten han, zuvernichten, und hinderſtellig zu werden laſſen, Inmaſen jr dann das underſtanden habt, und nachdem wir auch ſoliche des obgenanten Johannes ſache, jn dem nicht geringer noch mynner dann als unſer eigen ſache achten und halten, hierumb ſo begeren und fordern wir an uch mit gantzem ernſte, das Jr den obgenanten Johannem, durch ſoliche unſer primarias preces, zu der obgerurten Vicarie komen und admittieren laſſen, und den Jhenen der ſie itzt beſitzet underwiſen wollent, von ſolicher Vicarie gutlichen zuſetzen, und unſern Notarien daran ungeirret zu laſſen, als wir meynen Jr billich thun ſollent und wollent uch hieynne als undertenicklich und gehorſamelich halten und bewiſen uns müwe und arbeit entheben, die wir darumb das wir unſer herlichkeit hanthaben, thun muſten, als ſich geburet, und wir uch gentzlichen getruwen uns zu einem beſundern annemen willen, und begeren des uwer richtige beſchreben antwert by dem boten, Geben zu *Erenfels* under unſerm Secrete an *Sant Sixti* tage Anno &c. rLmo.

VI.

PRECES ADOLPHI ARCHIEP. MOG.

Adolffus Dei gratia ſancte Maguntine ſedis Archi Epiſcopus ſacri Romani Jmperii per Germaniam Archi Cancellarius ac princeps Elector honorabilibus Decano & Capitulo eccleſie ſancti *Bartholomei* opidi Franckfurdenſis noſtre Dioceſis devotis

votis nobis in Christo dilectis salutem in Domino sempiternam. Cum secundum antiquam & laudabilem consuetudinem hactenus inconcusse observatam omnes & singuli felicis recordationis nostri predecessores Archi Episcopi Magunt. in suarum promotionum exordiis & cum ad regimen sancte ecclesie fuerunt assumpti singuli eorum ad quamlibet ecclesiam collegiatam pro persona ydonea ad conferendum sibi inibi primos vacaturos Canonicatum & prebendam actualiter porrigebant primarias suas preces que sine difficultate & contradictionis obstaculo fuerunt prout decebat reverenter exaudite, Nos dictorum predecessorum nostrorum vestigiis quo ad hoc inherere volentes vobis pro honorabili in Christo nobis devoto fideli dilecto *Wigando Kotwicken* Secretario nostro &c. Offerimus primarias nostras preces, vos nichilominus exhortantes & serioſius requirentes & prout exigit in virtute sancte obedientie mandantes, quatenus predicto *Wigando* proxime in dicta vestra ecclesia vacaturos canonicatum & prebendam, quos ipse per se vel procuratorem suum ad hoc constitutum duxerit acceptandos cum omnibus & singulis suis juribus fructibus redditibus & proventibus conferatis & sibi de eisdem provideatis stallum sibi in Choro & locum in Capitulo assignantes, quod nisi feceritis, honorabili Decano ecclesie sancti *Petri* extra muros civitatis nostre Maguntin. presentibus hiis nostris literis damus in mandatis, quatenus ad premissa facienda vos compellat ecclesiasticam per censuram, non obstantibus quibuscumque aliis nostris consimilibus vel

dissimi-

dissimilibus precibus etiam pro quacumque alia persona forsitan per nos ad vos datis seu porrectis, quibus expresse derogamus ymo ea revocamus presentium per tenorem ac illas nullius volumus esse roboris vel momenti. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum in civitate nostra Maguntin. die sexta januarii Anno Dñi Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

Georgius Pfeffer.
protho Notarius scripsit.

VII.

PRECES DIETHERI ARCHIEP. MOG. ALTERA VICE ELECTI PRO ECCLESIA S. BARTHOLOMÆI IN FRANCOFVRT.

Diethertus Dei gratia Electus & Confirmatus Ecclesie Maguntine &c. Princeps Elector.

Unsern Grus zuvor Ersamen lieben andechtigen, so als wir unsern Kelner zu *Steinheim* und lieben getruwen *Cunradum Wencken* mit unsern ersten bet uff uwern stifft gnediglich fürsehen und verstanden haben, wie gutwillig Jr uch zum Verkundung solicher unser ersten bethe gehalten und erboten hapt, das uns nit zu kleinem gefallen komen ist, also versteen wir, wie inn kurtze uwer Dechant, dem Got Gnad, mit dode verscheiden ist, Want wir nu dem obgenanten unserm Kelner umb siner getruwen dinst willen, so er uns vor unser

ersten

erſten erwelung zum ſtifft *Mentz* bieſs uff die Zyt gethan hait und noch taglich zu thun nit uffhoret, vor andern ſunderlich furderung zu bewyſen geneigt ſin, demnach iſt unſer fliſſig erſuchung an uch mit fruntlichem ernſt bittend, ir wollent den ob gerurten *Cunradum* inn Krafft unſer erſten bethe mit der pfrunde, ſo durch abegang des egemelten verledigt iſt, verſehen und Jne on Weigerung zulaſſen, inn maſſen ir uff unnſers nehſten und ander unnſer vorfarn ſeliger Gedechtnis erſte bethe derglichen gethan hapt und darinn keynen vertzugk nemen, des verlaſſen wir uns gentzlich zu uch und wollen das gein uch und uwerem ſtifft inn gutem gnediglich erkennen. Geben zu *Eltvil* am Fritag nach dem heiligen Pfingstage anno &c. LXXVI.

VIII.

PRECES BERTHOLDI ARCHIEP. MOGVNTINI.

Bertholdus Dei gracia Sancte Moguntine ſedis Electus ſacri Romani Imperii per Germaniam Archi Cancellarius ac Princeps Elector honorabilibus Decano & Capitulo Eccleſie Sancti *Bartholomei* opidi Franckfordienſis noſtre dioceſis devotis nobis in Chriſto dilectis ſalutem in Domino ſempiternam & preſentibus fidem indubiam adhibere. Cum ſecundum antiquam laudabilemque conſuetudinem diutiſſime obſervatam felicis recordationis predeceſſores noſtri Archi Epiſcopi Moguntini poſt initia introniſationum ad Collegia Conventus perſonasque

nasque quaslibet, quibus disponendi jus esset, preces suas primarias emittere consueverint in favorem eorum quos dignos statuissent ad consequendum Canonicatus prebendas aliaque beneficia ad dispositionem collegiorum conventuum aut singularium personarum spectantes hujusmodique precibus a Collatoribus & collatricibus prefatis paritum fuerit reverenterque datus, ut decuit, locus; Inde Majorum vestigia solitumque beneficentie officium prosequentes primarias hujusmodi preces nostras in favorem venerabilis *Bernhardi de Breydenbach* canonici Ecclesie nostre Moguntine ac Camerarii nostri devoti & fidelis in Christo dilecti in Vos Ecclesieque vestre decernere decrevimus porrigimusque & emittimus per presentes vos adhortantes quin ymo & requirentes in virtute sancte Obediencie pro jure consuetudinis Ecclesie nostre mandantes ut *Bernhardum* predictum virtute hujusmodi nostrarum primariarum precum ad beneficium Ecclesiasticum de vestra ordinacione nominacione aut quavis dispositione existens, si quod vacat ad presens aut quam primum vacaverit, quod idem *Bernhardus* per se vel suum aut suos legitimos procuratorem vel procuratores duxerit acceptandum, admittatis, nominetis aut de eo provideatis & hoc eidem quantum jus vobis est, conferatis ac in possessionem corporalem ponatis quo magis honoribus fructibus aliisque juribus plenarie sineque contradictione fruatur circa premissa reverencie officii debitum eatenus prestaturi ut contempta contumacia pro merito obediencie vestre apud nos jure possitis commendari. Date in Opido nostro *Aschaffenburgk*

Digitized by Google

burgk ſub ſigillo noſtro die decima quinta Menſis junij Anno Domini MCCCCLXXXIV.

IX.

BERTOLDI ARCHIEP. MOG. EDICTVM DE DILATIONE IN EXPEDIENDIS PRECIBVS EVITANDA.

Bertoldus &c. Nobis ad Eccleſiam Moguntinam Electis pro jure conſuetudinis, primarias preces ad beneficiorum Collatores, ad inſtantiam quorundam ſupplicantium fieri decrevimus, ſignaturamque ipſi fecimus. Cum vero mora expeditionis literarum & precum noſtrarum differenda proſecutio, non modicum Nobis atque Eccleſiæ noſtræ Moguntinæ præjudicium in antea afferret, cui tempeſtive providere volentes tenore præſentium ſtatuimus atque ordinamus, ut ſi quis literas ſuper ſignatura ſibi de aliqua vel aliquibus collationibus, ut ſupra, per nos facta per totum menſem Novembris proximum non expediverit, ex tunc dicta ſignatura eo ipſo vacans irrita ſit & caſſata & intelligatur non facta pro noſtro arbitrio deinceps Supplicantibus concedenda. Datæ ſub ſigillo noſtro die viceſima ſecunda Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quinto.

Digitized by Google

X.

PROVISIO JOHANNIS MARR SVPER CANTORIA ECCLESIÆ SANCTI BARTHOLOMEI FRANCKOFVRDENSIS CAVSA DEVOLVTIONIS.

Bertholdus &c. viro honorabili *Johanni Marr* presbitero noſtræ Dyocœſis ſalutem in Domino ſempiternam. Pro parte tua nobis oblata petitio continebat, quod licet vacante nuper de menſe Decembris Cantoria Eccleſiæ ſancti *Bartholomei* oppidi Franckofurdenſis noſtræ Dyocœſis, per mortem quondam *Georgii Schuarzenberg* extra Romanam curiam & in partibus defuncti, noviſſimi dictæ Cantoriæ poſſeſſoris tu virtute noſtrarum primariarum precum tibi ad collationem præpoſiti dictæ Eccleſiæ Sancti *Bartholomei* gratioſe conceſſarum, ac proceſſus executorialis legitime deſuper decreti debita diligentia in acceptando, & aliis, quæ ad hoc requiruntur præmiſſa, poſſeſſionem dictæ Cantoriæ Canonice adeptus fueris, eamque plusquam ſex menſibus poſſederis quiete, hodieque quiete poſſideas, tamen ore præpoſiti dictæ eccleſiæ, ut alias fide digna relatione intellexeris, ipſum præpoſitum, qui alias vacationum temporibus præfatæ cantoriæ collator aſſeritur, præfatis noſtris precibus ex temeritatis Spiritu acquieſcere nolle, ſed vigore ſui prætenſi juris præſentandi in contemptum, & læſionem dictarum noſtrarum precum, ac juris tibi per eas legitime quæſiti, aliam perſonam ad dictam Cantoriam præſentare, ac ita te

in

in jure tibi canonice quæſito, minus legitime, ſed injuſte turbare velle. Cum autem dictus præpoſitus infra debitum ſtatutum juris terminum neminem ad præfatam cantoriam præſentaverit, vel ad minus nullus in loco dictæ eccleſiæ Sancti Bartholomæi infra debitum tempus apparuerit, qui a præfato præpoſito ad prædictam cantoriam legitime præſentatus ſit, aut fuerit, ideo in caſu quo tibi præfatæ noſtræ preces, ac diligentia vigore earundem per te facta ſuffragari non poſſent & dicto præpoſito jus præſentandi ad cantoriam præfatam pro hac vice competiiſſet, aut competeret, ſicuti obſtantibus præfatis noſtris precibus non competierit neque competat, tamen propter negligentiam prætactam collatio proviſio, ſeu quævis alia diſpoſitio dictæ cantoriæ ipſo jure pro hac vice ad nos tanquam ordinarium legitime devoluta exiſteret: Unde fuit nobis pro parte tua humiliter ſupplicatum, ut tibi in caſu prædicto ad cautelam de dicta Cantoria vigore devolutionis præfatæ de novo providere dignaremur. Nos igitur volentes te præmiſſorum meritorum intuitu gratia proſequi ſpeciali, tibi dictam cantoriam cum plenitudine juris, omnibusque juribus, & pertinentiis ſuis, prout ad nos ſpectat ſive ut præmittitur, ſive alio quovis modo aut ex alterius cujuſcunque perſona vacet, in caſu præmiſſo, ad cautelam de novo conferimus, & de eadem providemus, inveſtiendo te præſentialiter, quo circa omnibus & ſingulis plebanis, Vice plebanis, capellanis, ceterisque divinorum rectoribus, & notariis publicis, & præſertim honorabi-

libus, ac devotis nobis in Christo dilectis Decano & Capitulo præfatæ Ecclesiæ Sancti *Bartholomei* sub pœna excommunicationis Latæ sententiæ trium tamen dierum Canonica monitione præmissa, districte præcipiendo mandamus, quatenus te vel procuratorem tuum ad hoc legitime constitutum, ad dictæ Cantoriæ realem actualem, & corporalem possessionem, in quantum opus fuerit, de novo inducant, & recipiunt, inductumque & receptum defendant, facientes tibi de honoribus preeminentiis juribus, & fructibus ejusdem integre responderi, quolibet alio illicito detentore exinde amoto, & si qui forsan in præmissis se in obedientes, aut rebelles ostenderint, Commissario nostro Aschaffenburgensi ulteriorem executionem commitimus, quatenus eosdem rebelles, & inobedientes autoritate nostra ecclesiastica per censuram compellat. Datæ nostro sub sigillo secunda die Mensis Julij. Anno Domini millesimo quingentesimo.

XI.

JACOBI ARCHI EP. MOGVNT. PRECVM PRIMARIARVM FORMA.

Jacobus Dei gratia sanctæ Moguntinæ sedis Archi Episcopus sacri Romani Imperii per Germaniam Archi Cancellarius Princeps Elector. Honorabilibus Decano & capitulo Ecclesiæ Collegiatæ sancti N. in N. nostræ diœcæsis devotis nobis in Christo dilectis salutem in Domino sempiternam, & præsen-

Digitized by Google

præsentibus fidem indubiam adhibere; cum secundum antiquam laudabilemque consuetudinem diutissime observatam felicis recordationis prædecessores nostri Archi Episcopi Moguntini post initia in tronisationum, ad collegia, conventus, personasque quaslibet, quibus disponendi jus esset, preces suas primarias emittere consueverint in favorem eorum, quos dignos statuissent ad consequendum dignitates, canonicatus, præbendas aliaque beneficia ad dispositionem collegiorum, conventuum aut singularum personarum spectantia, hujusmodique precibus a collatoribus præfatis paritum fuerit, reverenterque datus ut decuit, locus: inde majorum vestigia, solitumque beneficentiæ officium prosequentes primarias hujusmodi preces nostras in favorem honorabilis devoti nobis in Christo dilecti N. Clerici, N. diœcœsis in vos decernere decrevimus, porrigimusque & emittimus per præsentes, vos adhortantes, quinimo & requirentes in virtute sanctæ obedientiæ pro jure consuetudinis Ecclesiæ nostræ mandantes, ut N. prædictum virtute hujusmodi nostrarum primariarum precum ad beneficium Ecclesiasticum de vestra ordinatione, nominatione aut quavis alia dispositione conjunctim vel divisim existens, si quod vacat ad præsens aut quam primum vacaverit, quod idem N. per se vel suum aut suos legitimos procuratorem seu procuratores duxerit acceptandum, admittatis, nominetis aut de eo provideatis, etiam si Canonicatus, præbenda, dignitas vel officium aut alias beneficium simplex vel curatum existat, & hoc eidem, quantum jus

vobis est, conferatis, ac in possessionem corporalem ponatis, quo magis honoribus fructibus, aliisque juribus plenarie, sineque contradictione fruatur, circa præmissa reverentiæ officiisque debitum eatenus præstituri, ut contempta contumacia pro merito obedientiæ vestræ apud nos jure possitis commendari arduis autem Ecclesiæ nostræ negotiis intendentes, eoque ulteriori prosecutioni minus intendere valentes, honorabili N. devoto nobis in Christo dilecto committimus vices nostras ad omnia & singula supra scripta prosequendum & exequendum ac faciendum, quod statuerit Ecclesiasticam per censuram firmiter observari. datæ &c.

XII.

FORMA PRIMARIARVM PRECVM AD ALIAM DIOECOESIM.

Jacobus Dei gratia sanctæ moguntinæ sedis Electus sacri Romani Imperii per Germaniam archi Cancellarius Princeps Elector Honorabilibus Decano & capitulo Ecclesiæ Sancti Andreæ colonienſis salutem in Domino sempiternam. cum non inique bonæ memoriæ prædecessores nostri initio sui introitus primarias suas preces porrigere consueverint in favorem eorum, quos promotione dignos judicassent ad beneficia Ecclesiastica consequenda, eos etiam suis interpellare litteris, apud quos se non vulgariter sed optime meritos existimassent, & quidem non modo subjectos, sed etiam extra diœ-

cœsim

cœsim exiſtentes beneficiorum Collatores benivolentiæ officii monitos facerent, regarentque, ut vacantibus beneficiis de eorum collatione & diſpoſitione pendentibus perſonis in precibus nominatis providerent, eisque conferrent aut ad ea nominarent; verum cum nobis dilectum N. noſtræ diœcœsis Clericum propter ſuffragantia eidem merita plurimum commendatum habeamus, Eccleſia etiam veſtra annuam a prædeceſſoribus noſtris percipere conſueverit largitionem & liberationem, quod citra exprobrationem attingimus, unde vos officii debito admonentes requirimus & hortamur, rogamusque, ut beneficium Eccleſiaſticum de veſtra nominatione diſpoſitione, collatione aut proviſione conjunctim vel diviſim exiſtens, quod proximum vacaverit, dictusque N. aut legitimus ejus procurator a vobis ſibi conferri poſtulaverit, vos precum noſtrarum, ſuorumque meritorum intuitu eidem conferatis, poſſeſſionemque expeditam tradatis & tradi faciatis, non negaturi nobis id, in quo multi obſequuntur, obtemperantque, nobis enim memorabile erit & aucturam noſtram in vos gratiam ſingularem, quod ſi precibus noſtris locum negaretis non injuria incivilitatis veſtræ notaremini. datæ &c.

Digitized by Google

XIII.

PRIMARIARVM PRECVM FORMA VT ALIQVA IN MONIALEM ALICVIVS, MONASTERII RECIPIATVR.

Jacobus Dei gratia ſanctæ moguntinæ ſedis Electus & confirmatus ſacri Romani Imperii per Germaniam archi - Cancellarius Princeps Elector, Religioſis abbatiſſæ & conventui monaſterii ſanctimonialium in N. noſtræ diœcœſis devotis nobis in Chriſto dilectis ſalutem in Domino ſempiternam, & præſentibus fidem in dubiam adhibere, cum ſecundum antiquam laudabilemque conſuetudinem diutiſſime obſervatam felicis recordationis prædeceſſores noſtri archi Epiſcopi moguntini poſt intronisationem ad quaslibet abbatiſſas, prioriſſas & conventus Sanctimonialium noſtræ diœcœſis primarias eorum preces emittere & porrigere conſueverint in favorem perſonarum, quas dignas ſtatuiſſent, ut ad conventus prædictos reciperentur, & ſecundum eorum ordinationes & diſtributiones præbendarum & alimentorum alerentur, divinum ibidem obſequium ſecundum receptionis & ordinationis modum executuræ, hujusmodique precibus a prædictis abbatiſſis, prioriſſis & conventibus ſine contradictione paritum fuerit, reverenterque, ut decuit, eis datus locus, inde majorum veſtigia, ſolitumque beneficentiæ officium proſequentes, primarias hujusmodi preces noſtras in favorem devotæ nobis dilectæ N. filiæ N. emittere & porrigere decrevimus, emittimusque & porrigimus per præſen-

ſentes, vos adhortantes quin imo & requirentes, in virtute ſanctæ obedientiæ pro jure conſuetudinis Eccleſiæ noſtræ mandantes, quatenus N. præfatam ad monaſterium veſtrum recipiatis & dehinc ad profitendum & velum ſuscipiendum inſtruatis aut ad aliud officium vel officia in monaſterio perpetuo exequenda deputetis ac ſecundum ordinationes & conſuetudines diſtribuendi præbendas & alia alimenta ei uti cæteris ejusdem conditionis ea miniſtretis, quo magis ipſa Deo famulatura ut cæteræ monaſterii veſtri perſonæ uti, frui, & gaudere poſſit & valeat circa præmiſſa reverentiæ officiique debitum eatenus præſaturæ, ut contempta contumacia pro merito obedientiæ veſtræ apud nos jure poſſitis commendari. datæ &c.

XIV.

PRECES PRIMARIÆ TEMPORE REVERENDISSIMI DOMINI JACOBI ARCHIEPISCOPI MOGVNTINI EXPEDITÆ.

Ad collationem Decani & capituli Eccleſiæ collegiatæ ſanctorum *Petri & alexandri* aſchaffenburgenſis.

— Decani & capituli Eccleſiæ collegiatæ Sancti *Petri* Fritzlarienſis.

— Decani & capituli Eccleſiæ collegiatæ beatæ *Mariæ* Virginis Erfordenſis.

— Decani & capituli Eccleſiæ collegiatæ Sancti *Severi* Erfortenſis.

Ad collationem Decani & capituli Eccleſiæ collegiatæ Sancti *Bartholomæi* Franckfurtenſis.
— Decani & capituli Eccleſiæ collegiatæ beatæ *Mariæ* Virginis montis Franckfortenſis.
— Decani & capituli Eccleſiæ collegiatæ Sancti *Leonhardi* Franckfortenſis.
— Decani & capituli Eccleſiæ collegiatæ Sancti *Martini* Pinguenſis.
— Decani & capituli Eccleſiæ collegiatæ Sanctæ *Catharinæ* Oppenheimenſis.
— Decani & capituli in *Lych.*
— Decani & capituli Eccleſiæ collegiatæ Sancti *Martini* in *Heilgenſtadt.*
— Decani & capituli Eccleſiæ collegiatæ beatæ *Mariæ* Virginis in *Ysnach.*
— Decani & capituli in *Gotha.*
— Decani & capituli in *Salza.*
— Decani & capituli in *Borsla.*
— Decani & capituli Eccleſiæ collegiatæ Sancti *Joannis* Baptiſtæ *Amoeneburgenſis.*
— Decani & capituli in *Jechburg.*
— Decani & capituli Eccleſiæ collegiatæ in *Northuſen.*
— Decani & capituli in *Bibra.*
— Decani & capituli in *Sultza* prope Caſtrum *Eckartsperg.*
— Decani & capituli Eccleſiæ collegiatæ Sancti *Feruty* in *Blydenſtatt.*
— Decani & capituli in *Kirn.*
— Decani & capituli in *Hanau.*

Ad

Ad collationem Decani & capituli Eccleſiæ collegiatæ Sancti *Philippi* Cellenſis.
— Decani, Scholaſtici & capituli Eccleſiæ collegiatæ Beatæ *Mariæ* Virginis in *Campis* extra muros moguntinos.
— Decani & capituli Eccleſiæ collegiatæ Sancti *Andreæ* Colonienſis.
— Decani & capituli Eccleſiæ collegiatæ beatæ *Mariæ* Virginis *ad gradus Colonienſis.*
— Præpoſiti, Decani & capituli in *Moxſtad.*
— Præpoſiti, Decani & capituli Eccleſiæ collegiatæ Sancti *Alexandri* in *Einbeck.*
— Præpoſiti, Decani & capituli Eccleſiæ collegiatæ in *Camberg* Herbipolenſis Diœcœſis.
— Decani & capituli in *Hahnheim.*
— Præpoſiti moguntinenſis.
— Præpoſiti Sancti *Albani* extra Moguntiam.
— Præpoſiti Beatæ *Mariæ* Virginis Erffortenſis.
— Præpoſiti Aſchaffenburgenſis.
— Præpoſiti Fritzlarienſis.
— Præpoſiti Ameneburgenſis.
— Præpoſiti Sancti *Bartholomæi* Franckfortenſis.
— Præpoſiti in *Northuſen.*
— Decani Eccleſiæ moguntinenſis.
— Decani Sancti *Stephani* moguntinenſis.
— Decani Sancti *Mauritii* moguntinenſis.
— Decani Aſchaffenburgenſis.
— Decani Beatæ Virginis Erffortenſis.
— Decani Sancti *Martini* Pinguenſis.
— Cuſtodis Eccleſiæ Fritzlarienſis.

Digitized by Google

Ad collationem Plebani & juratorum, ac conſulum & ſcabinorum in *Eltvil* conjunctim & diviſim.

— Plebani Eccleſiæ Beatæ *Mariæ* Virginis in *aſchaffenburg*, ac conſulatus ibidem.

— Plebani juratorum, altermannorum ac communis populi Eccleſiæ omnium Sanctorum Erffortenſis.

— Plebani in *Orlemunel* prope Salam.

— Plebani & juratorum in *Geiſenheim.*

— Plebani Eccleſiæ Sanctæ *Agathæ* & conſulatus aſchaffenburgenſis.

— Plebani juratorum ſive altermannorum ac communis populi Eccleſiæ Sancti *Benedicti* Erffortenſis.

— Plebani & juratorum parochialis Eccleſiæ Sancti *Quintini* moguntinenſis.

— Plebani juratorum ſive altermannorum ac communis populi Eccleſiæ Sancti *Wiperti* Erffortenſis.

— Plebani & juratorum in *Nierſtein.*

— Plebani & juratorum parochialis Eccleſiæ Sancti *Ignatii* in civitate moguntinenſi.

— Plebani juratorum ſeu altermannorum ac communis populi Eccleſiæ Sancti *Joannis* Erffortenſis.

— Plebani juratorum ſive altermannorum & communis populi Eccleſiæ Sancti *Bartholomæi* Erffortenſis.

— Plebani in *Crucenach.*

— Plebani & juratorum in *Schornsheim.*

— Plebani & juratorum in *Rudesheim.*

— Plebani & juratorum parochialis Eccleſiæ Sancti *Heymerani* moguntinenſis.

Ad

Ad collationem Plebani & juratorum in *Lorch.*
— Plebani in *Udenheim.*
— Plebani & juratorum in *Bensheim.*
— Plebani in *Müntzenberg.*
— Plebani & juratorum in *Oſtheim.*
— Plebani & juratorum parochialis Eccleſiæ Sancti *Chriſtophori* moguntinenſis.
— Plebani & juratorum in *Frechtigsbuſen.*
— Plebani & juratorum in *Trefurt.*
— Plebani & juratorum in *Kennichen.*
— Plebani & juratorum in *Medersheim.*
— Plebani in *Gerungen.*
— Plebani in *Wildersbuſen.*
— Paſtoris in *Echzell.*
— Paſtoris in *Sontra.*
— Paſtoris in *Daurnheim.*
— Paſtoris in *Umbſtatt.*
— Paſtoris in *Diepurg.*
— Paſtoris in *Obernroda.*
— Paſtoris in *aldenſomeren.*
— Paſtoris in *armsheim.*
— Proconſulum & conſulum in oppido *Heylgenſtatt.*
— Proconſulum & conſulum in oppido *Duderſtatt.*
— Conſulatus in *Miltenberg.*
— Hermanni *Werter* civis oppidi *Northuſen.*
— abbatis & conventus in *Hirſchfeld.*
— abbatis & conventus in *Erbach.*
— abbatis & conventus monaſterii Sancti *Jacobi* extra muros moguntinenſes.
— abbatis & conventus in *Jergental.*

Ad

Ad collationem abbatis & conventus montis Sancti *Petri* Erffortenſis.
— abbatis & conventus in *Selbolt.*
— abbatis & conventus monaſterii Scotorum Erffortenſis.
— abbatis & conventus monaſterii in *Selgenſtatt.*
— abbatis & conventus Sancti *Diſſibodi.*
— abbatis & conventus monaſterii montis Sancti *Joannis* in Ringavia.
— abbatis & conventus in *Burſfeld.*
— abbatis & conventus in *Reinhartsborn.*
— abbatis & conventus in *Ollersleuben.*
— abbatis & conventus in *Spanheim.*
— abbatis & conventus in *Rodenkirch.*
— abbatis & conventus in *Reversburg.*
— abbatis & conventus in *Haſungen.*
— abbatis & conventus *Cellæ Paulinæ.*
— abbatis & conventus in *Wurswyler.*
— abbatis & conventus in *Arnsburg.*
— abbatis & conventus in *Salfeld.*
— abbatis & conventus in *Walckenrode.*
— abbatis & conventus in *Riffenſtein.*
— abbatis & conventus monaſterii in *Amorbach* Herbipolenſis diœcœſis.
— abbatis & conventus monaſterii in *Schonthal* Herbipolenſis diœcœſis.
— abbatis & conventus in *Hornbach* metenſis diœcœſis.
— abbatis & conventus in *Corvey* Paderbornenſis diœcœſis.
— abbatis & conventus *montis monachorum* prope *Bambergam.*

Ad

Ad collationem abbatis & conventus in *Bredenau.*
— Præpoſiti & conventus in *Polden.*
— Præpoſiti & conventus in *Ilbenſtadt.*
— Præpoſiti & conventus in *Neuburg.*
— Præpoſiti & conventus Sancti *Remigii* prope *Cuſellam.*
— Præpoſiti & conventus Canonicorum Regularium in *Itersburg.*
— Præpoſiti & conventus Canonicorum regularium in oppido Erfortenſi.
— abbatis & conventus in *Otterburg.*
— abbatiſſæ conventus & proviſorum monaſterii Sanctæ *Catharinæ* Franckfortenſis.
— abbatiſſæ & conventus in *Eſchwe.*
— abbatiſſæ & conventus in *Netz.*
— abbatiſſæ & conventus monaſterii Sanctæ *Catharinæ* prope *Crucenach.*
— abbatiſſæ & conventus veteris Villæ extra Oppidum *Northuſen.*
— abbatiſſæ & conventus monaſterii Sanctæ *Catharinæ* extra muros Iſenacenſes.
— abbatiſſæ & conventus in *Germerode.*
— abbatiſſæ & conventus Sancti *Nicolai* in *Iſenach.*
— abbatiſſæ & conventus in *Padersbuſen.*
— abbatiſſæ & conventus Sanctæ crucis in *Gotha.*
— abbatiſſæ & conventus in *Dieffenthal.*
— abbatiſſæ & conventus in *Weydes.*
— abbatiſſæ & conventus in *Hoeſt.*

Digitized by Google

Ad collationem abbatiſſæ & conventus in *Steinbach* prope *Erbach.*

— abbatiſſæ & conventus monaſterii ad pœnitentes in *Franckfordia.*

— abbatiſſæ & conventus in *aldenmonſter* civitatis moguntinenſis.

— abbatiſſæ & conventus in *Syon* prope *Altzeyam.*

— abbatiſſæ & conventus in *Kauffungen.*

— abbatiſſæ & conventus in ſuperiori *Wymar.*

— abbatiſſæ & conventus monaſterii Sanctæ *Agnetis* moguntinenſis.

— abbatiſſæ Prioriſſæ & conventus atque Præpoſiti in *Ilmen.*

— abbatiſſæ & conventus montis Sancti *Ruperti* prope *Pinguiam.*

— abbatiſſæ & conventus in *Kelbra.*

— abbatiſſæ conventus & *Præpoſiti in Kockellede.*

— abbatiſſæ & conventus Sancti *Martini* in oppido Erfortenſi.

— abbatiſſæ & conventus *Mariæ Coronæ* prope *Oppenheim.*

— abbatiſſæ & conventus *novi operis* in oppido Erfortenſi.

— abbatiſſæ & conventus in *Smerlebach.*

— abbatiſſæ & conventus in *Roſental.*

— abbatiſſæ & conventus montis beatæ *Mariæ* Virginis novi operis extra *Northuſen.*

— abbatiſſæ & conventus in *Blanckenheim.*

— abbatiſſæ & conventus in *Tundorff.*

— abbatiſſæ & conventus in *Cuntzdorff.*

Ad

Digitized by Google

Ad collationem abbatiſſæ & conventus monaſterii Sancti *Joannis Baptiſtæ* prope *Altzeyam.*
— abbatiſſæ & conventus *zum Sehn.*
— abbatiſſæ & conventus in *Hymelgart.*
— abbatiſſæ & conventus Sanctæ *Mariæ Magdelenæ* in foro gentili civitatis moguntinenſis.
— abbatiſſæ & conventus in *Wetter.*
— abbatiſſæ & conventus in *Hockelheim.*
— abbatiſſæ & conventus in *Jchtershuſen.*
— abbatiſſæ & conventus in *Frawenbrettingen.*
— abbatiſſæ & conventus Sanctæ *Catharinæ* in Suburbio Fritzlarienſi.
— abbatiſſæ & conventus in *Parendal* prope *Wisbaden.*
— abbatiſſæ & conventus in *Jhene.*
— abbatiſſæ & conventus in *Dieffental* pro conſequenda præbenda.
— abbatiſſæ & conventus in *Padershuſen* pro conſequenda præbenda.
— abbatiſſæ & conventus in *Merolts* ad conſequendam præbendam.
— abbatiſſæ & conventus ac præpoſiti *Münchenbayn* ad præbendas.
— abbatiſſæ & conventus Sanctæ *Catharinæ* in *Fritzlaria* ad præbendas.
— abbatiſſæ & conventus in *Dalen* extra muros moguntinenſes ad præbendas.
— abbatiſſæ & conventus in *aldenmonſter* in civitate moguntinenſi ad præbendas.
— abbatiſſæ & conventus in *aulnhuſen* ad præbendas.

Ad

Ad collationem abbatiſſæ & conventus in *Berich* pro conſequenda præbenda.

— abbatiſſæ & conventus in *Gotsdal* ad præbendas.

— abbatiſſæ & conventus in *Heyde* ad præbendas.

— abbatiſſæ & conventus in *Jorgenberg* pro conſequenda præbenda.

— abbatiſſæ & conventus in *Kattenlenberg* ad præbendas.

— abbatiſſæ & conventus in *Mergenbron* ad præbendas.

XV.

PROCESSVS ET ACTVS JVDICIARII PRECVM ROM. ARCHI EPISCOPI MOGVNTINI GENEROSVM DOMINVM COMITEM DE RINECK CONCERNENTES; VACANTE DECANATV IN ECCLESIA S. BARTHOL. FRANCOF.

Pro eo ut vobis venerabili & circumſpecto Dño *Caſparo Weſthuſen* utriusque juris Doctori, Eccleſie Collegiate B. *Marie* Virginis *in Campis* extra muros Magunt. Scolaſtico Reverendiſſimique ac illuſtris Principis & Dñi noſtri Dñi *Alberti* Archi Epiſcopi Maguntini &c. ac Principis Electoris Commiſſario & ſigillifero judici & executori, ad exequendum ejusdem Rmi Dñi noſtri Magunt. preces primarias Rdō ac generoſo Dño *Thome* ex Comitibus

bus *de Reneck* Eccleſie Metropol. Magunt. Cuſtodi gratioſe elargitas & conceſſas ſpecialiter deputato, conſtet clareque conſtare poſſit, quod Venerabiles & honorabiles Dñi Canonici Capitulares Eccleſie Collegiate Sancti *Bartholomei* opidi *Franckfurd.* Magunt. diœc. ſemper fuerint prout hodie ſunt proni & parati prefati Rmi Dñi Archiepiſcopi Magunt. precibus primariis & preſertim quoad prebendam & canonicatum noviſſime per obitum Dñi *Johannis de Gryffenſtein* vacantes parere, dant & faciunt atque exhibent dicti Domini Capitulares melioribus quibus poſſunt & debent modo & forma informationes ac ad querelas vobis Venerabili Dño judici & executori predicto per prefatum Reverendum & generoſum Dnum *Thomam* in *Reneck* Comitem & Cuſtodem factas excuſationes infra ſcriptas quibus mediantibus & vos Venerabilis Dñe judex & executor ſupradicte ac prefatus Rdus & Generoſus Dñus *Thomas* Comes & Cuſtos ſane percipere atque intelligere poteſtis & querelas predictas ac proceſſum propterea emiſſum de neceſſitate minime fuiſſe neque fore taliter emittere atque emanare dictisque querelis proceſſui & ejusdem comminationi locum nec extiſſe neque extare.

Pro cujus clariori oſtenſione dicunt & allegant dicti Dñi Capitulares quod tempore obitus prefati Dñi *Johannis de Gryffenſtein* & poſt fuit ac erat publica vox & fama, omnia & ſingula beneficia per eundem obtenta & poſſeſſa fuiſſe & fore ſedi Apoſtolice reſervata, quod & ipſi Dñi Capitulares pro

tunc ſic, nec aliter eſſe intellexerunt & reputarunt, fueruntque etiam ipſi Domini Capitulares die tertia poſt obitum prefati Domini Johannis, ſepulturam, vigore quarundam literarum apoſtolicarum reſervatorialium ſuper collacione prebende & Canonicatus ac Decanatus per obitum ſeu deceſſum ſepedicti Domini *Johannis* vacantis ac eorundem poſſeſſionis traditione capitulariter requiſiti, & quia ſupradicti Rdi & Generoſi Dñi *Thome* Comitis & Cuſtodis procuratores per prius ac in antea & preſertim in & apud ſepulturam dicti quondam Domini *Johannis de Gryffenſtein* interfuerunt palam & publice & ſic ipſis de obitu ſeu morte ejusdem quondam Dñi *Johannis* deque predictorum Canonicatus & prebendę vacatione manifeſte conſtitit preter id quod dicti procuratores ex tunc & etiam poſt usque in octavam diem vigore predictarum primariarum precum vice & nomine dicti Rdi & generoſi Dñi Comitis & Cuſtodis prefatos Dños Capitulares requiſiviſſent ſeu propterea interpellati fuiſſent, ob quam dictorum procuratorum non requiſitionem minusque factam diligentiam crediderunt ac reputarunt predicti Dñi Capitulares quod prenominatus Rdus & Generoſus Dñus Comes & Cuſtos metu reſervationis predicte cum ſupradictis primariis precibus pro tunc ſuperſedere voluiſſet, prout etiam hoc ad dictos Dños Capitulares ex nonnullorum hominum relatione ſe id a ſupradictis procuratoribus percepiſſe referentibus devenit, quod videlicet idem Dominus comes & cuſtos preces ſuas predictas eo tunc ob famam ſupradicte reſervationis, acceptando

tando ſupradictos canonicatum & prebendam, annihilatas ſeu conſumptas haberi noluiſſet, neque annihilare ſeu conſumere vellet, quibus ſic perceptis ne jus prefatis Dominis Capitularibus ad ſupradictos Canonicatum & prebendam quoquomodo competens eisdem deperiret, quandam perſonam abilem & idoneam ad dictos Canonicatum & prebendam tunc vacantes quantum eos concernebat ac quantum in eis fuit citra prejudicium cujuscumque potius jus forſan in & ad illum ac illam pretendentis nominarunt ac eundem in predictorum Canonicatus & prebende poſſeſſionem induxerunt, neque fuit quemadmodum nec eſt dicta nominatio & poſſeſſionis inductio eo animo ſeu ea intentione facta, quod dicti Domini Capitulares precibus Rmi Domini noſtri Archi Epiſcopi Magunt. parere non velint neque voluiſſent, quin immo ſi prefati procuratores diligentiam debitam prout debuiſſent, circa hujusmodi adhibuiſſent & dictos Dominos Capitulares ſupradictarum primariarum precum vigore priusquam ad dictos canonicatum & prebendam alium, ſic ut premittitur, nominaſſent, requiſiviſſent, fuiſſent dicti Domini Capitulares pro tunc prout hodie, ſi deſuper requirerentur, ſecundum conſuetudinem eccleſie eorum & collegii in dictis canonicatu & prebenda proni & parati prefatis precibus parere & dictum Reverendum ac Generoſum Dñum comitem & Cuſtodem ad eosdem pro jure ſuo, quantum in eis fuiſſet & eſt, eorum & eccleſie ſancti Bartholomei predicte ſtatutis & conſuetudi-

nibus ſalvis admittere, de quo ſolemniter & expreſſe in hiis ſcriptis proteſtantur.

Quantum vero ad Decanatum prefate eccleſie, ſupradicti Domini Capitulares dicunt & allegant quod Decanatus prenominate eccleſie ſancti *Bartholomei* Franckfurdenſis ſemper fuit, erat & eſt eſſeque conſuevit inibi dignitas electiva & curata, cujus electio pro tempore vacationis ejusdem ſpectavit & pertinuit ab immemorabili tempore prout etiam hodie ſpectat & pertinet pleno jure ad Capitulum & Dominos Capitulares canonicos ejusdem eccleſie pro tempore exiſtentes ita & taliter, quod dum & quando dictum Decanatum vacare contigerit, quod Domini Canonici Capitulares eo tunc exiſtentes unum Canonicum prebendatum actu concapitularem ex eis eligere conſueverunt, cujus etiam juris eligendi pretextu idem Dñi Capitulares ex nunc & vacante eodem Decanatu per obitum dicti quondam *Johannis de Gryffenſtein* illius ultimi dum vixit poſſeſſoris, unum ex eisdem Dominis abilem ſatis & idoneum Canonicum actu Capitularem prout eos de jure ac conſuetudine concernebat & concernit, juxta & ſecundum eorum ſtatuta & ordinationes confirmata & confirmatas ac per eosdem Dominos Capitulares jurata & juratas in eorum & dicte eccleſie elegerunt & perfecerunt Decanum qui etiam per venerabilem Dñum ejusdem eccleſie Prepoſitum ad quem tamquam immediatum ſuperiorem ejusdem Decani ſic electi, ex ſtatutis & ordinationibus predictis ſpectat & pertinet confirmatio, poſt dictam eorundem Dominorum Capitularium de eo

factam

factam electionem rite & legitime extitit confirmatus.

Preterea etiam dicti Domini Capitulares dicunt & allegant quod veritas eſt, preter id, quod unquam fuerit auditum, quod precibus primariis Rñorum Dominorum Archi Epiſcoporum Magunt. pro tempore exiſtencium quantum ad Decanatum predictum, qui in prefata eccleſia ſola & unica dignitas electiva exiſtit, paritum ſit ſeu obtemperatum, quibus etiam de jure, in hoc ſtatutis ordinationibus & conſuetudinibus confirmatis ac juramentis predictis obſtantibus parere non licet, & quatenus ſtatuta & ordinationes atque jus eligendi predictum predicta & predicte confirmationesque ac juramenta per prefatos Dominos Capitulares deſuper facte facta & jurata eis non obſiſterent prout maxime obſtant eisdem, forent dicti Domini Capitulares parati ad omnia ad que de jure tenerentur & eſſent aſtricti, de quo etiam ſolenniter & expreſſe preſentibus hiis ſcriptis proteſtantur.

Attentis igitur & conſideratis premiſſis petunt & requirunt ſepedicti Domini Capitulares vos venerabilem & circumſpectum Dominum Scolaſticum judicem & executorem prefatum, quatenus eosdem Dominos Capitulares apud ac circa eorum eccleſieque predicte ſtatuta & ordinationes confirmata & confirmatas ac jus eligendi ſupradicta ſupradictas & ſupradictum eorundemque per illos preſtita juramenta quietos inconculſe permittere ac fovere faciatis permittatisque & foveatis, nec ipſos a quoquam ultra ac contra premiſſa gravari aut moleſta-

ri ſinatis ſeu permittatis neque gravetis aut moleſtetis, alioquin urgente neceſſitate proteſtantur de gravamine & appellant palam publice & manifeſte.

Salvis in premiſſis omnibus & ſingulis que de jure dictis Dominis Capitularibus ſalva exiſtunt ſeu exiſtere poſſunt quovis modo & proteſtantur ut alias fuit & eſt juris, moris atque ſtyli.

Johannes de Caſtro
V. J. Doctor ſcripſit.

XVI.

PRECES WOLFFGANGI ARCHIEP. MOG.

Wolffgangus Dei gratia Sanctæ Moguntinæ ſedis Archiepiſcopus Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius & Princeps Elector &c. Honorabilibus Præpoſito Decano & Capitulo collegiatæ Eccleſiæ Sancti *Bartholomæi* Francofortenſis devotis nobis in Chriſto dilectis ſalutem in Domino ſempiternam & præſentibus fidem indubiam adhibere, cum ſecundum antiquam laudabilemque conſuetudinem diutiſſime obſervatam, fœlicis recordationis prædeceſſores noſtri Archiepiſcopi Moguntinenſes poſt initia intronizaſionum ad collegia conventus perſonasque quaslibet quibus diſponendi jus eſſet preces ſuas primarias emittere conſueverint, in favorem eorum quos dignos ſtatuiſſent ad conſequendum dignitates, canonicatus,

præ-

præbendas, aliaque beneficia ad dispositionem collegiorum, conventuum aut singularium personarum spectantia, hujusmodique precibus a collatoribus & collatricibus præfatis paritum fuerit, reverenterque datus sit ut decuit Locus. Inde majorum vestigia, solitumque beneficentiæ officium prosequentes primarias hujusmodi preces nostras in favorem Venerabilis *Joannis Schuuickhardi de Cronberg* Scholastici Metropolitanæ Ecclesiæ nostræ Moguntinæ, devoti nobis in Christo dilecti in vos decernere decrevimus porrigimus atque emittimus per præsentes. Vos adhortantes, quin imo in virtute sanctæ obedientiæ requirentes, pro jure consuetudinis Ecclesiæ nostræ mandantes, ut præfatum *Joannem Schuuickhardum de Cronberg* Scholasticum virtute hujusmodi primariarum precum ad beneficium ecclesiasticum de vestra ordinatione nominatione, aut quavis alia dispositione conjunctim vel divisim existens, si quod vacat ad præsens vel quam primum vacaverit, quod idem *Joannes Schuuickhardus de Cronberg* per se vel suum aut suos legitimos procuratorem seu procuratores duxerit acceptandum, admittatis, nominetis, aut de eo provideatis: Etiamsi Canonicatus, præbenda, dignitas vel officium aut alias beneficium simplex vel curatum existat, & hoc eidem, quantum vobis jus est, conferatis, ac in possessionem corporalem ponatis: quo magis honoribus, fructibus, aliisque juribus plenarie, sineque contradictione fruatur, Circa præmissa reverentiæ officiique debitum eatenus præstituri, ut contempta contumacia pro merito

obedientiæ veſtræ apud nos jure poſſitis commendari. Arduis autem Eccleſiæ noſtræ negotiis intendentes, eoque ulteriori proſecutioni minus intendere valentes, honorabilibus deuotis & fidelibus nobis in Chriſto dilectis judicibus noſtris generalibus moguntinenſibus committimus vices noſtras, omnia & ſingula ſupraſcripta proſequendi exequendi & faciendi, quod ſtatuerint eccleſiaſticam per cenſuram firmiter obſervari. Conſummatis tamen ſemel precibus noſtrum jus nobis expreſſe in reliquo reſervantes Datæ Aſchaffenburgi noſtro ſub ſigillo præſentibus appenſo die decima ſeptima menſis Septembris. Anno Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo quarto.

Ex mandato ejusdem Rmi Domini Domini Wolffgangi Archi Epiſc. Monguntini Principis Electoris &c.

Philip. Wolff Roſenpach &c.

XVII.

INSINVATIO PRECVM ANTEDICTARVM.

In nomine Domini, Amen. Anno a nativitate ejusdem milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, indictione decima tertia, die vero veneris quarta menſis januarii, Pontificatus, Sanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini noſtri Domini *Gregorii* divina providentia Papæ *decimi tertii* anno decimo tertio, Ego Notarius infraſcriptus pro parte Reveren-

verendi ac nobilis Domini *Joannis Schutzickhardi a Cronberg* Scholastici insignis Metropolitanæ ecclesiæ Moguntinensis principalis rite ac legitime requisitus, Venerabilibus, eruditis, & circumspectis Dominis Decano & Capitulo ecclesiæ Sancti *Bartholomæi* Francofurdiensis in loco eorundem capitulari consueto ad infrascripta specialiter congregatis, retro scriptas primariarum precum Archiepiscopalium literas in testium infrascriptorum præsentia insinuavi, intimavi, & ad eorundem & cujuslibet ipsorum notitiam deduxi indubitatam, eosdemque Dominos juxta earundem literarum vim, formam & continentiam requisivi, protestatus publice de diligentia factæ insinuationis & requisitionis, inque signum veræ & realis insinuationis & requisitionis ipsis copiam hujusmodi literarum primariarum precum Archiepiscopalium tradidi auscultatam. Quam quidem copiam dicti domini Decanus & Capitulum a me benigne & benevole receperunt, & se ipsas retroscriptas literas primariarum precum Archiepiscopalium cum ea qua decuit reverentia acceptare, proque insinuatis habere, ac temporis successu & se offerente casu, quantum ad Canonicatus & præbendas attineret, (privilegio tamen Ecclesiæ ipsorum de eligendo Decano, nec non Collationibus Domini Præpositi saluis) se eisdem parituros responderunt. Acta sunt hæc Francofurti Anno Domini Indictione, die, mense, Pontificatu ac locis quibus supra. Præsentibus ibidem discretis *Henrico Schörner de Niedernburgk* Chorale, &

Matthæo Brust Pinguenſe campanatore dictæ eccleſiæ ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego *Henricus Stoltz* de *Erffurdia* Moguntinenſis diocæſis ſacra imperiali authoritate notarius publicus, ac cauſarum Sanctæ Moguntinæ ſedis ſcriba juratus, quia ſupradictis inſinuationi, intimationi, requiſitioni, proteſtationi & reſponſo, omnibusque aliis præmiſſis, dum ſic ut præmittitur fierent & agerentur, una cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi, ac in notam ſumpſi. Ideirco hoc præſens publicum inſtrumentum manu mea propria ſcriptum, exinde confeci, ſubſcripſi, publicavi, & in hanc formam publicam redegi, ſignoque nomine & cognomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi, In fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum rogatus atque legitime requiſitus.

XVIII.

CESSIO PRECVM.

In Nomine Domini Amen. Anno a Nativitate ejusdem milleſimo quingenteſimo, octuageſimo ſeptimo, Indictione decima quinta, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri Domini *Sixti* divina providentia Papæ *quinti* anno tertio, Die vero Lunæ tertia Menſis Auguſti, in mei Notarii publici teſtiumque infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus Reverendus ac nobilis Dominus

Joannes

Digitized by Google

Joannes Schuuickhardus a Cronberg insignis Metropolitanæ Ecclesiæ Moguntinæ Scholasticus, motu proprio & ex certa scientia animoque bene deliberato omnibus melioribus modo, via, jure, causa, stylo, ordine & effectu quibus magis & efficacius inque jure vel consuetudine validius potuit & debuit, potestque & debet omni juri Reverendæ suæ Paternitati in & ad canonicatum & Præbendam una cum dignitate, sive ad præsens vacent vel proxime in futurum vacaverint in collegiata ecclesia Sancti *Bartholomæi* Francofurtens. quomodolibet competenti, & ad quos prædictus Reverendus ac Nobilis Dominus *Joannes Schuuickhardus a Cronbergk* jus vigore certarum precum Archiepiscopalium Reverendæ suæ Paternitati desuper per Reverendissimum Principem ac Dominum Dominum *Wolffgangum* Archiepiscopum Moguntinum & Principem Electorem &c. gratiose concessarum Dominisque Decano & Capitulo prædictæ Ecclesiæ Sancti *Bartholomæi* insinuatarum perque eosdem ea qua decuit reverentia, acceptatarum pure, libere & simpliciter in & ad manus Venerabilium Dominorum Decani & capituli ejusdem Ecclesiæ Sancti *Bartholomæi* Francof. aut alterius cujuscunque ad id potestatem habentis, In favorem tamen honorabilis Domini *Alexandri Drieſſellman* vicarii præfatæ Ecclesiæ Sancti *Bartholomæi*, & non alias, aliter neque alio modo (alioquin vult sibi circa præmissa in omnibus & per omnia jus suum salvum & illæsum reservare, de quo protestabatur per expressum) cessit renuntiavit, resignavit, inque præfatum

tum Dominum *Alexandrum Drieſſellman* reſpective tranſtulit. Super quibus omnibus & ſingulis præmiſſis, prælibatus Reverendus ac Nobilis Dominus *Joannes Schuuickhardus a Cronberg* a me Notario publico infraſcripto unum vel plura publicum ſeu publica fieri atque confici petiit inſtrumentum & inſtrumenta. Acta ſunt hæc *Moguntiæ* in curia Scholaſteriæ præſentibus ibidem honorabilibus Dominis *Theodorico Krum* maioris & *Petro Rullman* Sancti *Victoris* extra muros Eccleſiarum Moguntin. Vicariis teſtibus ad præmiſſa vocatis atque rogatis.

Et Ego *Henricus Stoltz* de *Erffurdia* Mogunt. diocæſis ſacra Imperiali auctoritate notarius publicus ac cauſarum Sanctæ Moguntinæ ſedis ſcriba juratus, quia prædictis ceſſioni, renuntiationi, reſignationi & reſpective translationi ac proteſtationi, omnibusque aliis & ſingulis præmiſſis, dum ſic ut præmittitur fierent & agerentur una cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi, ac in notam ſumpſi, Ideirco hoc præſens publicum inſtrumentum manu mea propria ſcriptum exinde confeci, ſubſcripti, publicavi & in hanc formam publicam redegi, ſignoque nomine & cognomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi, In fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum rogatus & legitime requiſitus.

XIX.

Digitized by Google

XIX.

CESSARVM PRECVM INSINVATIO.

In nomine Domini Amen. Anno a nativitate eiusdem milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, Indictione decima quinta, Die vero veneris ſexta menſis Auguſti, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini noſtri Domini *Sixti* divina providentia Papæ *quinti* anno tertio, Ego Notarius infraſcriptus pro parte Reverendi ac nobilis Domini *Joannis Schuuikardi a Cronberg* inſignis Metropolitanæ Moguntin. Eccleſiæ Scholaſtici rite & legitime requiſitus Venerabilibus Dominis Decano & capitulo Eccleſiæ Sancti *Bartholomæi* Francofurtenſis, in loco eorundem capitulari ad infraſcripta ſpecialiter congregatis, retroſcriptas ceſſionis, renuntiationis, reſignationis & reſpective translationis literas in teſtium infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia inſinuavi, intimavi, & ad eorundem & cujuslibet ipſorum notitiam deduxi indubitatam, eosdemque Dominos, quatenus non minus hujusmodi literis ceſſionis, quam etiam precibus Archiepiſcopalibus primariis ipſis inſinuatis, ab iisdemque debita reverentia acceptatis, parerent, pro ut etiam tempore inſinuationis precum hujusmodi ſe parituros, offerente ſe caſu, reſpondiſſent, proteſtatus publice de diligentia factæ inſinuationis. Ac in ſignum veræ & realis inſinuationis ipſis copiam hujusmodi literarum ceſſionis, tradidi concordantem. Quam quidem copiam dicti Domini Decanus & capitulum a me

benigne

benigne receperunt, Et poſt modicam deliberationem, ſe ipſas retroſcriptas ceſſionis literas qua decet reverentia acceptare proque inſinuatis habere, ac offerente ſe caſu retroſcripto Domino *Alexandro Drieſſellman*, cui & in quem prælibatus Reverendus ac nobilis Dominus *Joannes Schuuickhardus à Cronberg* jus ſuum hujusmodi reſignaſſet, ceſſiſſet & reſpective transtuliſſet ſuper præbenda & canonicatu de eorundem ordinatione, nominatione & quavis alia dispoſitione vacaturis, quatenus habilis fuerit, corporalem realem & actualem poſſeſſionem (privilegio tamen de eligendo Decano, ac collationibus Domini Præpoſiti, nec non conſuetudinibus & ſtatutis Eccleſiæ eorundem ſalvis) tradituros reſponderunt. Acta ſunt hæc *Francofurti* Anno Domini Indictione, die, menſe, Pontificatu ac loco quibus ſupra. Præſentibus ibidem honeſtis *Ottone Bartholomæi* Subcuſtode & *Caſparo Barth* Chorale dictæ Eccleſiæ Sancti Bartholomæi teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Et ego Magiſter *Henricus Stoltz* de Erffurdia Moguntinenſis Dioceſ. Notarius retroſcriptus, quia prædictis inſinuationi, proteſtationi & reſponſo, omnibusque aliis & ſingulis dum ſic ut præmittitur fierent & agerentur una cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri & audivi, ac in notam ſumpſi, Ideirco hoc præſens publicum inſtrumentum manu mea propria ſcriptum exinde confeci, ſubſcripſi publicavi & in hanc formam publicam redegi, ſignoque nomine & cogno-

Digitized by Google

cognomine meis ſolitis & conſuetis ſignavi in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum rogatus atque legitime requiſitus.

XX.

PRECES JOANNIS ADAMI ARCHIEP. MOG.

Honorabilibus Præpoſito Decano & Capitulo Collegiatæ Eccleſiæ noſtræ B. *Mariæ* Virginis Francofurti devotis nobis in Chriſto dilectis ſalutem in Domino ſempiternam & præſentibus fidem indubiam adhibere. Cum ſecundum antiquam laudabilemque conſuetudinem diutiſſime obſervatam fœlicis recordationis prædeceſſores noſtri Archi Epiſcopi Moguntinenſes poſt initia introniſationum ad Collegia, conventus, perſonasque quaslibet, quibus diſponendi jus eſſet, preces ſuas primarias emittere conſueverint in favorem eorum, quos dignos ſtatuiſſent ad conſequendum dignitates, canonicatus, præbendas aliaque beneficia ad diſpoſitionem Collegiorum Conventuum aut ſingularium perſonarum ſpectantia, hujusmodique precibus a Collatoribus & Collatricibus præfatis paritum fuerit reverenterque datus ſit, ut decuit, locus, inde Majorum veſtigia ſolitumque beneficentiæ Officium proſequentes primarias hujusmodi preces noſtras in favorem Honorabilis *Weinandi de Rauſchenberg* Canonici Capitularis Metropolitanæ Eccleſiæ noſtræ

noſtræ Moguntinæ devoti nobis in Chriſto dilecti in vos decernere decrevimus porrigimus atque emittimus per præſentes vos adhortantes quin imo in virtute ſanctæ Obedientiæ requirentes pro jure conſuetudinis Eccleſiæ noſtræ mandantes ut præfatum *Weinandum de Rauſchenberg* virtute hujusmodi primariarum precum ad beneficium Eccleſiaſticum de veſtra ordinatione nominatione aut quavis alia diſpoſitione conjunctim vel diviſim exiſtens, ſi quod vacat ad præſens vel quam primum vacaverit *Weinandus de Rauſchenberg* per ſe vel ſuum aut ſuos legitimos procuratorem ſeu procuratores duxerit acceptandum admittatis, nominetis aut de eo provideatis etiamſi Canonicatus, præbenda dignitas vel officium ſimplex vel curatum exiſtat & hoc eidem quantum vobis jus eſt, conferatis ac in poſſeſſionem corporalem ponatis quo magis honoribus fructibus aliisque juribus plenarie ſineque contradictione fruatur. Circa præmiſſa reverentiæ officiique debitum eatenus præſtituri ut contempta contumacia pro merito obedientiæ veſtræ apud nos jure poſſitis commendari. Arduis autem Eccleſiæ noſtræ negotiis intendentes eoque ulteriori proſequutioni minus intendere valentes, honorabilibus devotis & fidelibus Nobis in Chriſto dilectis judicibus Noſtris Generalibus Moguntinenſibus committimus vices noſtras, omnia & ſingula ſupra ſcripta proſequendi, exequendi & faciendi quod ſtatuerint Eccleſiaſticam per cenſuram firmiter obſervari, conſummatis tamen ſemel precibus noſtrum jus nobis expreſſe in reliquo reſervantes. Datæ *Aſchaffenburgi*

fenburgi noſtro ſub ſigillo præſentibus appenſo die 4. menſis januarii Anno Dñi Milleſimo ſexcenteſimo 3°.

XXI.

PRECES ARCHIEPISCOPALES PRIMARIAE AD ABBATEM ET CONVENTVM FVLDENSEM.

Joannes Adamus &c. Reverendo in Chriſto Patri Dño *Balthaſaro* Abbati nec non Decano & Capitulo Fuldenſi amicis noſtris chariſſimis ſincereque nobis dilectis & in Chriſto devotis gratum faciendi affectum & ſalutem in Domino ſempiternam. Cum non inique bonæ memoriæ Prædeceſſores noſtri, initio introitus ſui, primarias ſuas preces porrigere conſueverint in favorem eorum, quos promotione dignos judicaſſent, ad beneficia Eccleſiaſtica conſequenda, eos etiam ſuis interpellare litteris, apud quos ſe non vulgariter ſed optime meritos exiſtimaſſent & benevolentiæ officii monitos facerent rogarentque ut vacantibus beneficiis de eorum collatione & diſpoſitione pendentibus perſonis in precibus nominatis providerent eisque conferrent aut ad ea nominarent. Verum cum prædeceſſores ſupradictæ Eccleſiæ Fuldenſis ac etiam Vos et Eccleſia veſtra cum Prædeceſſoribus noſtris ac Eccleſia noſtra in quadam ſingulari & amicabili neceſſitudine per multos annos perſtiterint, nosque Prædeceſſorum noſtrorum veſtigia ſequi cupientes

& honorabilem devotum nobis in Christo dilectum *Emundum de Hatzfeldt* Canonicum Capitularem Metropolitanæ Ecclesiæ nostræ Moguntinæ propter fragrantia merita plurimum commendatum habeamus, unde vos omnes & singulos conjunctim & divisim requirimus rogamusque ut beneficium Ecclesiasticum de vestra nominatione dispositione collatione aut provisione existens quod proximum vacaverit dictusque *Emundus* aut legitimus ejus Procurator a Vobis sibi conferri postulaverit, Vos precum nostrarum suorumque meritorum intuitu eidem conferatis possessionemque expeditam tradatis ac tradi faciatis, in eo rem nobis gratissimam exhibituri quam pro merito benevolentiæ vestræ recompensare conabimur. Datæ *Aschaffenburgi* nostro sub sigillo præsentibus appenso die 4. mensis januarii Anno Dñi Millesimo sexcentesimo tertio.

XXII.

PRECES JOANNIS SVICARDI ARCHIEP. MOGVNT.

Joannes Suicardus &c. Honorabilibus Præposito Decano & Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ nostræ *B. Mariæ* Virginis in civitate nostra Erphordiana devotis nobis in Christo dilectis Salutem in Domino sempiternam, & presentibus fidem indubiam adhibere, cum secundum antiquam Laudabilemque consuetudinem diutissime observatam foelicis recordationis prædecessores nostri Archiepiscopi Mogun-

Moguntini poſt initia introniſationum ad Collegia, Conventus, perſonasque quaslibet, quibus de beneficiis eccleſiaſticis diſponendi jus eſſet, preces ſuas primarias emittere conſueverint in favorem eorum, quos dignos ſtatuiſſent ad conſequendum dignitates, canonicatus præbendas, aliaque beneficia ad diſpoſitionem collegiorum, conventuum aut ſingularum perſonarum ſpectantia, hujusmodique precibus a Collatoribus & Collatricibus præfatis paritum fuerit, reverenterque datus ſit, ut decuit locus exinde majorum veſtigia ſolitumque beneficentiæ officium proſecuti, primarias preces noſtras in Venerabilem *Anthonium Waldtbott a Baſſenheim* Cantorem Metropolitanæ eccleſiæ noſtræ Moguntinæ devotum nobis in Chriſto dilectum contulerimus, Is autem easdem preces in favorem *Jodoci Ebingshauſen* parochi in *Kirchandra* devoti nobis in Chriſto dilecti cedere decreviſſet, eandemque ceſſionem, ut eam vobis notam faceremus, ſimulque debitam ad eas paritionem apud vos per præſentes promoveremus, precibus apud nos inſtiterit humilibus. Quocirca hortamur vos, quin imo in virtute ſanctæ obedientiæ requirimus, pro jure eccleſiæ noſtræ mandantes, ut præfatum *Jodocum Ebingshauſen* virtute hujusmodi primariarum a nobis emiſſarum precum ad quodvis beneficium ſive Altare de veſtra ordinatione, nominatione aut quavis alia diſpoſitione exiſtens, ſi quod vacet ad præſens, vel quam primum vacaverit, dictusque *Jodocus Ebingshauſen*, per ſe vel ſuum aut ſuos legitimos procuratorem ſeu procuratores

duxerit acceptandum, admittatis, nominetis, aut de eo provideatis, in quantum vobis jus eſt conferatis eidem ac in poſſeſſionem corporalem eum ponatis, quo magis honoribus, fructibus, aliisque juribus plenarie ſineque contradictione fruatur, circa præmiſſa reverentiæ, officiique debitum eatenus præſtituri, ut contempta contumacia pro merito obedientiæ veſtræ jure apud nos poſſitis commendari arduis autem eccleſiæ noſtræ negotiis, intendentes, eoque ulterioris proſecutioni minus intendere valentes. Honorabilibus devotis & fidelibus nobis in Chriſto dilectis Judicibus noſtris generalibus Moguntinenſibus committimus vices noſtras, omnia & ſingula ſupradicta proſequendi, exequendi & faciendi quod ſtatuerint eccleſiaſticam per cenſuram firmiter obſervari. Conſummatis tamen ſemel precibus noſtrum jus nobis in reliquo expreſſe reſervantes. Datæ *Aſchaffenburgi* noſtro ſub ſecreto appenſo die Lunæ ante S. Martini noſtræ diœcæſis patroni, ſeptima menſis Novembris Anno Domini Milleſimo ſexcenteſimo quinto.

XXIII.

INSTRVMENTVM TRANSLATARVM SIVE CESSARVM PRECVM.

In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate ejusdem milleſimo ſexcenteſimo quinto, Indictione tertia, die vero Mercurii ſexta menſis Julii Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini noſtri Domini *Pauli* divina providentia Papæ anno ejus

ejus primo, Reverendus & nobilis Dominus *Fridericus a Fürſtenberg*. Canonicus Capitularis inſignis Metropolitanæ eccleſiæ Moguntinæ in ædibus ſolitæ reſidentiæ *zur Mitternacht*, & quidem in aula ad menſam ſedens, circiter horam quintam pomeridianam ſanus corpore & intellectu nec non Venerabilis & eruditus Dominus *Eberhardus ab Hardt* canonicus collegiatæ Eccleſiæ *S. Petri* extra muros moguntinos coram me Notario & teſtibus infraſcriptis ad hoc ſpecialiter vocatis & rogatis comparuerunt, mihique dictus dominus *Eberhardus ab Hardt* ſignificavit, quandoquidem Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Dnus Dnus *Joannes Suicardus* Archiepiſcopus Moguntinus Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius ac princeps Elector &c. Dominus ſuus clementiſſimus preces archiepiſcopales ſuper altaribus & beneficiis parochialis Eccleſiæ in *Eltuil* Ringaviæ deinceps vacantibus quibuſcunque, gratioſe admodum prælibato Reverendo & nobili Domino *Friderico a Furſtenberg* conceſſiſſet jam admodum deliberato induxerit animo, Id jus precum quodcunque ſuæ reverendæ & nobili dominationi competens in favorem & perſonam ſui *Eberhardi ab Hardt* libere & ſimpliciter cedere ac dimittere, prout idem præfatus Reverendus & nobilis Dominus *Fridericus a Furſtenberg* deſuper a me Notario in præſentia teſtium infraſcriptorum interrogatus mentem & animum ſuum eſſe jus hujusmodi precum predicto modo in favorem antefati Domini *Eberhardi ab Hardt* dimittendi ac cedendi indicavit, prout etiam

modo, via & ordine, quibus id melius fieri potuit & licuit, ſtatim dimittebat & cedebat hujusmodi ceſſionem natam & gratam ſemper habiturus, meque Notarium ſimul requirendo, ut ſuper his omnibus unum vel plura publicum ſeu publica conficerem Inſtrumentum ſeu inſtrumenta. Acta fuerunt Hæc ſub anno, Indictione pontificatu, die menſe, hora & loco quibus ſupra. Præſentibus ibidem honeſtis eruditoque *Anthonio Paullino* Ernſtenſi Philoſophiæ Candidato, & *Chriſtophoro Zichwolff* campanatore, parochialis eccleſiæ S. *Chriſtophori* Moguntinenſis teſtibus, una mecum ad præmiſſa, dum ſic agerentur, vocatis atque rogatis.

XXIV.

GEORGII FRIDERICI ARCHIEPISC. MOG. PRECVM INSINVATIO.

In Nomine Sanctiſſimæ & Individuæ Trinitatis Amen. Anno a Nativitate Domini ac Salvatoris noſtri *Jeſu Chriſti* Milleſimo, ſexcenteſimo, vigeſimo octavo, Indictione undecima, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini noſtri *Urbani* divina providentia Pontificis hujus nominis *Octavi*, anno quinto, die vero Lunæ, qui fuit ſtylo reformato decimus ſeptimus Menſis Aprilis, infra octavam & nonam horas ante meridiem, coram admodum Reverendis, Eximiis, doctiſſimis, & clariſſimis Dominis *Conrado Fridelerio* Decano, Joanne Bartholomæi SS. Theologiæ Baccalaureo

laureo formato, ac *Georgio Gambach* juris utriusque Licentiato Prælato reſpective, & canonicis capitularibus collegiatæ Eccleſiæ Sancti Bartholomæi, Imperialis oppidi, francofurtenſis in ſolito & conſueto loco capitulari convocatis & congregatis, capitulumque ex tunc facientibus & repræſentantibus, in mei Notarii publici teſtiumque infraſcriptorum præſentia, vice & nomine admodum Reverendi & Prænobilis Domini D. *Anthonii Waltbott à Baſſenheim*, Metropolitanæ Moguntinæ, ac Sancti Albani eccleſiarum Præpoſiti, Domini principalis ſui gratioſi, perſonaliter conſtitutus, Venerabilis ac perdoctus Dominus *Chriſtopherus Lötz*, jam dictæ eccleſiæ majoris vicarius ac honorifice nominati gratioſi Domini principalis ſui ſacellanus, habens ac tenens ſuis in manibus literas quasdam Archiepiſcopales, quibus ab Rmo ac Illmo Domino Domino *Georgio Friderico* Sanctæ Moguntinæ Sedis Archiepiſcopo, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellario ac Principe Electore, Epiſcopo Wormatienſe, non ita pridem feliciſſime inthroniſato preces primariæ in favorem ſæpius nominati gratioſi Domini Principalis ſui, in ſupradictam collegiatam Eccleſiam Sancti *Bartholomæi* decernebantur, quas quidem literas ibidem præſentavit ac legi fecit: prælibatos in ſuper Dominos Decanum & Capitulum monuit, requiſivit, ac rogavit, quatenus ſæpius præfatum Dominum ſuum Principalem, harum literarum ac precum primariarum Archiepiſcopalium vigore, ad beneficium de ſua ordinatione, ſi quod vacat ad præſens, vel

quam primum vacaverit, per se vel suum, aut suos legitimos procuratorem vel procuratores acceptent, admittant, nominent, de eo provideant, ac in possessionem corporalem ponant, quo magis honoribus, fructibus, aliisque juribus plenarie, sineque contradictione fruatur. Domini vero Decanus & capitulum matura inter se deliberatione præhabita, volentes literis istis & mandatis inil i contentis obedire, preces istas primarias Archiepiscopales benigne acceptarunt, privilegio tamen de eligendo Præposito Decano & collationibus Præpositi, nec non statutis & consuetudinibus salvis. Super quibus omnibus & singulis, supra nominati Domini *Conradus Fidelerius* Decanus & *Christopherus Lötz* insinuator, a me Notario subscripto, super hac primariarum precum Archiepiscopalium insinuatione & acceptatione, publicum vel publica tot, quot forent necessaria fieri instrumentum, vel instrumenta petierunt, Acta sunt hæc *Francofordiæ* in dicto loco capitulari ecclesiæ S. *Bartholomæi* sub Anno Domini, Indictione, Pontificatu, mense, die, & horis locorumque locis quibus supra, præsentibus ornatissimis ibidem Dominis Joanne Schreiber Notario etiam publico & Joanne Keller Moguntinensibus in quilinis testibus fide dignis, ad præmissa legitime rogatis & requisitis.

Et ego *Andreas Weberus* de *Mösskirch* Constantiensis dioeceſis sacris apostolica & imperiali authoritatibus publicus Notarius, quoniam prædictis precum istarum primariarum Archiepiscopalium insinuationi & acceptationi dum sic ut præmittitur, fierent

fierent & agerentur, una cum prænominatis testibus ipse præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, ac in notam sumpsi: Idcirco hoc præsens publicum Instrumentum exinde confeci, publicavi signoque denique nomine & cognomine meis solitis & consuetis consignavi, ac negotiis impeditus substitui manuscriptum, diligenter collationavi, ac propria manu subscripsi in fidem & testimonium præmissorum omnium & singulorum, legitime vocatus, rogatus, & debite requisitus &c.

XXV.

PRECES PHILIPPI CAROLI ARCHIEP. MOG.

Nos *Philippus Carolus* Dei gratia S. Sedis Moguntinæ Archiepiscopus, sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius & Princeps elector &c. Honorabilibus devotis nobis in Christo dilectis Decano & Capitulo Collegiatæ nostræ Ecclesiæ *S. Martini* in Oppido nostro *Heyligenstadiensi* salutem in Domino sempiternam & præsentibus fidem indubiam adhibere. Cum secundum antiquam Laudabilemque consuetudinem diutissime observatam felicis recordationis prædecessores nostri Archiepiscopi Moguntini post inthronisationum initia, ad collegia, conventus & Personas quaslibet, quibus de beneficiis ecclesiasticis disponendi jus esset, preces suas primarias emittere consueverint in favorem eorum, quos dignos statuissent

ad consequendum dignitates, Canonicatus, Prebendas aliaque beneficia ad dispositionem eorundem Collegiorum, Conventuum aut singularium personarum spectantia, atque hujusmodi precibus a Collatoribus & collatricibus præfatis merito paritum fuerit, reverenterque ut decuit, datus sit locus. Inde majorum vestigia, solitumque beneficentiæ officium prosequentes, primarias hujusmodi preces nostras in favorem Venerabilis & Illustris devoti nobis in Christo dilecti *Joannis Francisci Jacobi Antonii* liberi Baronis *ab Hobeneck* virtute hujusmodi nostrarum precum primariarum ad beneficium ecclesiasticum de Vestra ordinatione, nominatione, aut quavis alia dispositione conjunctim vel divisim existens, si quod vacat ad præsens vel quam primum vacaverit & prænominatus, *Joannes Franciscus Jacobus Antonius Baro ab Hobeneck* per se vel per suum aut suos legitimos procuratorem vel procuratores duxerit acceptandum, admittatis, nominetis, aut de eo provideatis, etiamsi canonicatus, præbenda, dignitas, vel officium simplex vel curatum existat, & hoc eidem, quantum vobis jus est, conferatis, illumque in realem, actualem & corporalem possessionem inducatis, quo magis honoribus fructibus, aliisque juribus plenarie & sine contradictione fruatur, circa prædicta reverentiæ officiique debitum eatenus præstituri, ut contempta contumacia pro merito obedientiæ vestræ apud nos jure possitis commendari. Nos vero arduis Ecclesiæ nostræ negotiis quam plurimis impediti, ideoque ulteriori prosecutioni minus

inten-

Digitized by Google

intendere valentes, honorabilibus, devotis & fidelibus nobis in Christo dilectis judicibus nostris generalibus Moguntinis committimus vices nostras omnia & singula suprascripta prosequendi exequendi, & faciendi, quod statuerint Ecclesiasticam per censuram firmiter observari, consummatis tamen semel precibus nobis jus nostrum in reliquis expresse reservamus. Datæ ex arce *S. Martini* in civitate nostra moguntina, nostro sub secreto præsentibus appenso, die quarta mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, septingentesimo trigesimo secundo.

Ex Mandato ejusdem Em^mi ac Celsissimi Principis Domini Dñi *Philippi Caroli*, Archiepiscopi, Electoris Mogni.

Wildericus Marsilius Baro ab Hobeneck
Vicarius generalis.

In Dorso Diplomatis legitur harum precum cessio:

Ego infra scriptus Ecclesiæ Metropolitanæ Moguntinæ Cantor hisce attestor, quod præsentes preces meas Archi-Episcopales cesserim Dño *Francisco Valentino Woger* Moguntino Venerabile Capitulum debite requirens, quatenus meum Cessionarium suo tempore ad beneficium vacaturum velit admittere. In cujus rei fidem hasce manu propria scripsi, subscripsi, sigilloque meo roboravi. *Moguntiæ* 10ma Octobris 1732.

Joannes Franciscus B.
ab Hobeneck.

XXVI.

Digitized by Google

XXVI.

EMERICI JOSEPHI ARCHIEP. MOG. PRECES.

Nos *Emericus Joſephus* Dei Gratia Sanctæ ſedis Moguntinæ Archi-Epiſcopus, ſacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, ac Princeps Elector, Honorabilibus devotis Nobis in Chriſto dilectis Decano & Capitulo Collegiatæ noſtræ Eccleſiæ *SS. Petri & Alexandri* in oppido noſtro Aſchaffenburgenſi ſalutem in Domino ſempiternam, & præſentibus fidem indubiam adhibere. Cum ſecundum antiquam, laudabilemque conſuetudinem diutiſſime obſervatam felicis recordationis prædeceſſores Noſtri Archi-Epiſcopi Moguntini poſt introniſationum initia, ad Collegia, Conventus, & perſonas quaslibet, quibus de beneficiis Eccleſiaſticis diſponendi jus eſſet, preces ſuas primarias emittere conſueverint in favorem eorum, quos dignos ſtatuiſſent ad conſequendum dignitates, canonicatus, præbendas, aliaque beneficia ad diſpoſitionem eorundem collegiorum, conventuum aut ſingularium perſonarum ſpectantia, atque hujusmodi precibus a Collatoribus & Collatricibus præfatis merito paritum fuerit, reverenterque, ut decuit, datus ſit locus; Inde Majorum veſtigia, ſolitumque beneficentiæ officium proſequentes, primarias hujusmodi preces Noſtras in favorem admodum Reverendi & perilluſtris devoti Nobis in Chriſto dilecti *Hugonis Franciſci* Comitis *ab Eltz* Eccleſiæ Noſtræ Metropolitanæ Moguntinæ Præpoſiti

Digitized by Google

ſiti contulerimus, Is vero easdem preces in favorem Illuſtris devoti Nobis in Chriſto dilecti *Ferdinandi Sigismundi Valentini Henrici L. B. de Gudenus* Archidioceſis Noſtræ Moguntinæ clerici cedere decreverit, & actualiter ceſſerit, ac ad manus Noſtras reſignaverit, quam quidem ceſſionem & reſignationem Nos porro ratam, gratamque habuimus, & acceptavimus, idcirco Vos hortamur, quinimo in virtute S. obedientiæ requirimus, ac pro jure Eccleſiæ noſtræ mandamus, ut præfatum *Ferdinandum Sigismundum Valentinum Henricum L. B. de Gudenus* virtute hujusmodi primariarum a Nobis emiſſarum precum ad beneficium Eccleſiaſticum de Veſtra ordinatione, nominatione, ſeu quavis alia diſpoſitione conjunctim vel diviſim exiſtens, ſiquod vacat ad præſens, vel quamprimum vacaverit, & prænominatus *Ferdinandus Sigismundus Valentinus Henricus L. B. de Gudenus* per ſe vel per ſuum, aut ſuos procuratorem vel procuratores duxerit acceptandum, etſi canonicatus & præbenda, vel aliud quodcunque fuerit, cum vel ſine dignitate, aut officio admittatis, nominetis, illud eidem conferatis, ac de eodem provideatis, eundemque in realem, actualem & corporalem poſſeſſionem inducatis, inductumque defendatis, facientes illi de redditibus, fructibus, juribus, & appertinentiis plenarie reſponderi, quo magis iisdem absque contradictione & impedimento frui valeat, in iis omnibus debitum reverentiæ & obedientiæ eatenus præſtituri, ut apud Nos de contempta contumacia & pro merito obedientiæ Veſtræ

ſtræ jure poſſitis commendari; arduis autem Eccleſiæ Noſtræ negotiis quam plurimum impediti, ideoque ulteriori proſecutioni minus intendere valentes, Honorabilibus fidelibus devotis Nobis in Chriſto dilectis Judicibus Noſtris generalibus Moguntinis vices Noſtras commiſimus, & per præſentes committimus, omnia & ſingula ſupraſcripta proſequendi exequendi, & faciendi, quod ſtatuerint Eccleſiaſticam per cenſuram firmiter obſervari; conſumatis tamen ſemel precibus jus Noſtrum in reliquis per expreſſum reſervamus, datæ ex Arce Sancti *Martini* in civitate Noſtra Moguntina Noſtro ſub ſecreto præſentibus appenſo die duodecima menſis octobris Anno Domini Milleſimo ſeptingenteſimo ſexageſimo tertio. *)

*) Ceſſit tandem has preces, modo in favorem Franciſci Joſephi de Scherer transſcriptas, ſupramemoratus L. B. de Gudenus ab Emmo Archi Ep. Electore de Canonicatu ejusdem Eccleſiæ Aſchaffenburgenſis menſe Apoſtolico vacante proviſus.

XXVII.

ORDINATIO CIRCA NOMINATIONES AD CANONICATVS IN ECCLESIA S. ANDREAE COLONIENSI.

In nomine Domini Amen. Univerſis præſentes Literas viſuris & audituris Decanus & Capitulum eccleſie *S. Andreæ* Colon. ſalutem cum noticia veritatis. Dudum in eccleſia noſtra a predeceſſoribus noſtris Laudabilis & honeſta conſuetudo extitit

titit obſervata, videlicet quod fratres Capituli noſtri, quilibet ſecundum Gradum introitus ſui ad eccleſiam prefatam in electionibus canonicorum ad prebendas, dum vacabant, a capitulo noſtro conſueverunt in ſuis precibus exaudiri, & perſonas ydoneas ad prebendas tunc vacantes caritative promovere. Quia vero ex ejusdem conſuetudinis omiſſione ſeu abjectione poſtmodum prebendis vacantibus in ipſa eccleſia, ſi magnatum preces pro ipſis prebendis rogantium non exaudiebantur, capitulum ipſum indignationem eorum incurrebat, aliquoties etiam fratres capituli inter ſe concordare nequentes plures perſonas ad prebendam unicam elegerunt, & ex hoc eccleſia ipſa tam in perſonis quam rebus damna & gravamina, ſicut ex preteritis adhuc apud nos patet, plurima eſſet perpeſſa, ad hujusmodi vero indignationes & gravamina amodo prevenienda, vocatis ad hoc ad certam diem ad tractandum de reſumptione conſuetudinis ejusdem, & ordinatione ſuper eadem facienda omnibus noſtris concanonicis, qui debuerunt, voluerunt & commode potuerunt hujusmodi tractatibus intereſſe, deliberatione diligenti prehabita, & concorditer & unanimiter decrevimus per nos prelibatam antiquam conſuetudinem & obſervantiam imitatione conſuetudinis vicinarum eccleſiarum fore reſumendam, Ipſamque ex nunc innovamus, reſuminus & obſervare promittimus per preſentes, ordinantes ut ex nunc in antea quilibet noſtrum in ſacris exiſtens a ſeniore usque ad juniorem ſecundum Gradum ſui introitus pro perſona

ydonea

ydoneo de legitimo thoro procreata, corpore non viciata & non ſervilis conditionis diſpenſatione aliqua non obſtante poſſit petere, ut in canonicum & confratrem eccleſie noſtre recipiatur, & capitulum ipſum exaudiat, ac prebendam ſic recepto, dum vacaverit, ſecundum petentis gradum competentem ſibi conferre teneatur, nec in hoc quisquam taliter recepto ſe opponat, alias ſe opponens ſeu opponentes, quod communiter ex nunc inter nos ſub pena contra hanc conſuetudinem venientium eligimus & acceptamus, non ſolum quoad electionem ſeu collationem prebende tunc vacantis, verum etiam in aliis vacaturis electionibus & tractatibus capitularibus, diebus quoad vixerint, eo ipſo voce Capituli in noſtra eccleſia ſit privatus, ſic quod vox ſua vel eorum, ſi plures fuerint, nullum ſuffragium afferat vel impedimentum preſtet, etiam ſi ſibi hoc ab aliis libere concederetur. Si vero perſona recepta non eſſet debite ætatis ad prebendam ſacerdotalem obtinendam, & talis prebenda ſacerdotalis vacaret, proximior in ordine ſequenti receptorum habens etatem debitam in hoc caſu prebendam ipſam poterit acceptare, ſaluo prefato minoris etatis exiſtentis gradu ſuo in alia ſibi competente vacatura. Si etiam nullus receptorum prebendam ſacerdotalem acceptare vellet, tunc ipſius collatio ad commune Capitulum pertinebit, ac ſi dicta ordinatio non eſſet facta, & tenebitur receptus, ſi eſt in provincia, infra menſem poſt vacationem prebende per ſe ipſum eam recipere, ſi extra provinciam fuerit, infra tres menſes

menſes legitimo impedimento ceſſante. Et prebendam vacantem conferrent abſentes illi, cui competit abſentibus minime exſpectatis, alias in gradu ſibi proximo preſenti conferetur, & jurabit quilibet receptorum, dum prebenda ſibi conferetur, hanc ordinationem obſervare, & ſic faciet quilibet perpetuo, quacunque via ingrediatur, dum eum in Canonicum & confratrem recipi contigerit. Verum quia in omni ſtatuto authoritas ſuperiorum excipitur, volumus & excipimus a premiſſis hos, quibus a ſede Apoſtolica, vel legatorum ejusdem aut Rdrum Patrum Archiepiſcoporum Colonienſium prepoſitorum & Decanorum eccleſie noſtre pro tempore exiſtentium, *dum his preces ſuas primarias fundavit*, in eccleſia noſtra de canonicatibus & prebendis contigerit provideri, ſeu ut recipiantur, pro eisdem preces hujusmodi primarie diriguntur, ut dum hoc jus occurrerit, habeant loca ſua, quibus habitis ordinatio eadem procedat, ſicut prius. Si tamen communiter vel duplo majori preſentium numero nobis videretur nos habere defenſiones juris contra perſonam vel formam ejus, cui mandaretur de canonicatu & prebenda in ipſa eccleſia provideri, illi recepto a nobis, quem tunc ordo conſequendi prebendam tangeret, foret prebenda eadem conferenda, qui ipſam prebendam defendere expenſis Capituli, ipſo Labores faciente, tenetur. Et ſi forſan non ex negligentia vel culpa ſua ab eadem evinceretur, proximam aliam poſt evictionem hujusmodi vacantem prefato tali conferemus. Si etiam aliquis

petentium, poſtquam pro quo petitum eſt, in eccleſie noſtre canonicum & confratrem receptus eſt, antequam ſic receptus prebendam aſſequatur, quavis via ceſſerit vel deceſſerit, nichilominus receptus hujusmodi prebendam ſuo loco ſibi debitam conſequetur, ſed non e converſo. Si receptus decedit, is ad cujus preces receptus fuit, pro aliquo petere non poterit, ſed per talem receptum, licet ſic decedat, vel alias mutet ſtatum ſuum, eſt ſuis precibus ſatis factum: nec tales recepti, cum nondum habeant jus in re, ſed ad rem, poterunt cum jure ex eorum receptione eis acquiſito cum alio vel aliis permutare, ut ſibi poſſint in hoc loco quavis via perſonam aliam ſubrogare, ſi qui etiam ex nunc via permutationis facte canonici effecti fuerint & prebendas in noſtra eccleſia aſſecuti, hi in eo gradu poſtremo, quo admiſſi fuerunt in ordinatione hujusmodi remanebunt, non valentes ſibi Locum ſeu Loca, ſive gradum, quem vel que permutans ſeu permutantes habuit ſeu habuerant, vendicare, ut ob hoc in ordinatione in ſuis precibus his qui prius Canonici & prebendati fuerant, preferantur, & quia ad preſens hi, qui in ſacris ſunt conſtituti vel conſtituentur, in futurum usque ad numerum duodecim perſonarum ſunt & erunt in ſuis precibus exauditi, ordinamus, ut dictis duodecim perſonis prebendas aſſecutis, ex tunc his qui tunc gradu fuerint proximiores, & ſubſequentes in ſacris conſtituti ſimiliter usque ad numerum duodecim perſonarum ydonearum, ut eſt dictum, petere poterunt, & debebunt exaudiri ex

vi

Digitized by Google

vi ordinationis hujusmodi ſub penis & formis ſuperius expreſſis. Hi vero qui in ſacris hac vice non ſunt conſtituti vel alias a capitulo ſuſpenſi, ſeu de conſuetudine non reſidentes fuerint, dum ad ſacros ordines eos ordinari vel ad Capitulum reſtitui contigerit, habebunt & poterunt petere in gradu ſuo. Sed ſi tamdiu diſtulerunt ordinationem, vel procurare ſe reſtituo, quod alii eis poſteriores ordinarentur, vel ordinati eis perferrentur, hec ſibi imputent, qua talia patiuntur ex culpa ſua. Veruntamen quamprimum ex poſt facto ordinati vel reſtituti fuerint, in ſuis precibus in gradu tunc proximo ſicut ceteri admittentur, & ſic eodem modo pro concordia fratrum in eccleſia noſtra in prebendarum collationibus obſervanda tenebitur videlicet quod primis duodecim, & aliis duodecim predictis prebendas aſſecutis, iterum a ſeniore gradu Capituli noſtri reincipietur. hec eadem ordinatio & procedet ſicut prius & hoc tocies quocies revoluto numero completo id occurrit, perpetuo faciendum. Et ut hec ab omnibus nobis, & ſingulis a majore ſeu Seniore quoad gradum Introitus ſui deſcendendo inviolabiliter obſerventur, ad horum obſervantiam nos fide data aſtringimus, corporali ſuper hoc a ſingulis tactis Sacroſanctis Evangelicis interpoſito juramento. In horum omnium teſtimonium & firmitatem petiuimus per Rdum in Chriſto Patrem ac Dominum noſtrum D. Henricum S. Colon. eccleſie Archiepiſcopum antedictam noſtram ordinationem nobiſcum ſtatui & ordinari, & eam per eundem approbari & confir-

mari ac ſigillari, ſigillum eccleſie noſtre ex certa omnium noſtrum ſcientia his Literis apponendo.

Et nos *Henricus* D. G. S. Colon. eccleſie Archiepiſcopus predictus premiſſam ordinationem pro bono et concordia perpetua fratrum ſeu canonicorum eccleſie S. Andree predicte factam & ordinatam ad preces Decani & Capituli ejusdem eccleſie tenore preſentium approbamus & confirmamus, precipientes eam in virtute ſancte obedientie in omni ſua forma & ſub penis ſupra enarratis a Decano & Capitulo predictis & ſingulis canonicis dicte eccleſie & eis quos in futurum in Canonicos & confratres eccleſie prelibate recipi contigerit, ut eam ante omnia ſub juramentis ſuis ſe obſervare promittant, inviolabiliter obſervare, Sigillum noſtrum in horum firmitatem perpetuam preſentibus apponentes Actum & datum Anno Domini MCCC. Viceſimo ſecundo, in Craſtino B. Laurentii Martyris.

XXVIII.

ORDINATIO NOMINANDI CANONICOS IN ECCLESIA S. KVNIBERTI COLONIAE.

Wichboldus Dei gratia Sancte Colon. eccleſie Archiepiſcopus, S. Imperii per Italiam Archicancellarius dilectis in Chriſto Decano eccleſie *Sanctorum Apoſtolorum* & Plebano eccleſie *Sancti Lupi* in Colonia ſalutem in Domino. Cum nos alias de

de conſenſu dilectorum in Chriſto Decani & Capituli eccleſie S. Kuniberti Colonien. quasdam perſonas ad canonicatus & prebendas, cum in ipſa eccleſia *Sancti Kuniberti* ad id ſe facultas offerret nominavimus, ac ipſas perſonas tum temporis recipi ad easdem prebendas ſub quodam certo ordine fecimus, & cum authoritas ordinationis hujusmodi per eosdem Decanum & Capitulum *Sancti Kuniberti* in nos transfuſa eſſet, perceperimus ſub pena excommunicationis quam in contrarium facientes verbo vel facto ordinationi noſtre de predictis prebendis facte in ſcriptis tulimus, ipſam ordinationem ſive omnia & ſingula per nos circa eandem ordinationem ſeu ſuſceptionem facta firmiter obſervari decreto noſtro nichilominus interpoſito, quodſi quid in contrarium attemptaretur, hoc fore irritum & inane: prout in Litteris tam noſtris, quam prefatorum Decani & Capituli eccleſie *Sancti Kuniberti* ſuper hec confectis plenius continetur, nunc que in ipſa eccleſia *Sancti Kuniberti* ex morte *Ricolphi de aquila* quondam canonici quedam prebenda vacet, *Gerardo* nato *Tilmanni* de *pavone*, quem ad Canonicatum & prebendam ex tunc poſt noſtram ordinationem predictam tertio loco in prefata eccleſia vacaturos nominavimus, & in canonicum atque fratrem ejusdem eccleſie recepimus ex ſuo receptionis ordine competens & debens, & quem ex dicto ordine receptionis ſue ſibi competere decernimus per preſentes, nos volentes dictum *Gerardum* inveſtiri de ipſa prebenda, & in corporalem poſſeſſionem ejusdem mitti, tibi Decano

predicto mandamus, quatenus ad eandem eccleſiam *Sti Kuniberti* accedens prefatum Gerardum inveſtias de ipſa prebenda, & in corporalem poſſeſſionem ejusdem ipſum mittas, ſtallum in Choro & locum in Capitulo ſibi aſſignando, cum ſollempnitatibus debitis & conſuetis tam noſtra quam dilecti in Chriſto Prepoſiti ejusdem eccleſie vice & authoritate cum idem prepoſitus ex dictis cauſis hijs nequeat perſonaliter intereſſe, & percipias Decano & Capitulo prefate eccleſie ut ipſum pro ſuo concanonico habeant & teneant, ac univerſis & ſingulis amminiſtratoribus fructuum prebende Supradicte, ut eidem Gerardo de juribus redditibus & obventionibus dicte prebende ſuo tempore reſpondeant integre & complete contrarium facientes, quos nos in his Scriptis ex tunc ut & nunc monitione trium dierum premiſſa, ut deſiſtant, excommunicamus, excommunicatos publice nuncies. Preterea cum theſaurarius eccleſie Sancte *Marie ad Gradus* in colonia, ut dicitur virtute cujusdam Litere papalis per *Johannem* dictum *Ovirſtoltz* canonicum eccleſie *Sancti Kuniberti* predicte ſub illa forma qua conſuevit dari - - - ad inſtantiam dicti johannis tanquam in ordinationem noſtram predictam non conſentiens ipſum *Gerardum* impedire, & noſtram ordinationem de prebendis predictis propter bonum & commodum eccleſie predicte factam infringere nitatur de facto, cum de jure non poſſit, eo quod per talem Litteram nulla ſibi conceditur authoritas, niſi revocandi ea ſolummodo ſi poſt - - - per ipſum *Johannem* ad Romanam

curiam

curiam aliqua forent in prejudicium ſuum temere attemptata, quod Locum habere non poteſt in hoc caſu, cum nulla temere in hac parte fecerimus animo, ſicut ex ipſa ordinatione noſtra patet, & omnia ſint provide & rationabiliter facta & ordinata. Mandamus tibi plebano Sancti Lupi predicto ut inhibeas ipſi theſaurario ne virtute dictarum litterarum aliqua mandata prejudicialia ordinationi noſtre prefate emittat contra *Gerardum* & ordinationem noſtram predictam maxime, cum etſi de jure per ipſas Litteras procedere debeat vel poſſet in civitate colonienſi vel infra miliare undique extra civitatem ſecundum ſtatuta eccleſie noſtre durante interdicto in civitate colonienſi perſona nulla Jurisdictionem exercere vel proceſſus Judiciarios habere poſſit vel debeat, alioquin ipſum theſaurarum & quoſcunque mandata ſua exequentes & ipſis utentes quos ex tunc ut ex nunc propter in obedientiam eorum & tanquam abuſores dictarum Litterarum apoſtolicarum monitione trium dierum premiſſa in his ſcriptis excommunicamus excommunicatos publice nuncies. Reddite litteras & in ſignum executionis facte ſigilla veſtra apponatis. Datum in vigilia beati Luce Evangeliſte anno Domini milleſimo trecenteſimo primo.

Charta priori transfixa.

Reverendo in Chriſto patri & Domino ſuo *IV.* Dei gratia Sancte Colon. eccleſie Archiepiſcopo Decanus *Sanctorum Apoſtolorum* in Colonia reverentiam in mandatis. Noveritis quod ego ad man-

datum veſtrum, cui preſens cedula eſt transfixa, acceſſi ad eccleſiam *Sancti Kuniberti* Colon. & preſentibus plurimis fidei dignis *Gerardum* natum *Tilmanni de Pavone* clericum inveſtivi & inſtallavi de prebenda vacante in dicta eccleſia per mortem quondam *Rigolfi de aquila* dicte eccleſie canonici competente ſibi ſecundum quod mandatum veſtrum continebat, nemine ſe in dicta eccleſia mandato veſtro opponente quod vobis ſub ſigillo meo preſenti appenſo duxi ſignificandum Datum Anno Domino trecenteſimo primo in Octava *Beati Luce* Evangeliſte.

XXIX.

EXTRACTVS CAPITVLATIONIS FERDINANDI COADIVTORIS COLONIENSIS. An. MDXCV.

ARTICVLVS XXXIV.

Cum Archi Epiſcopus Colonienſis recens electus preces primarias ad omnes & ſingulas prælaturas, Collegia, collatores & collatrices beneficiorum Eccleſiaſticorum (exceptis perſonis Capitularibus Eccleſiæ noſtræ Majoris) porrigere habeat, quibus etiam ſemper in præſentem usque diem reverenter paritum eſt, æquum putamus, ut Prælati & aliæ perſonæ Capitulares ejusmodi precibus honorentur & donentur. Qua propter Conventum inter Nos & Capitulum noſtrum, quod ſingulis

ſingulis Prælatis alijsque capitularibus perſonis ad ipſorum requiſitionem, cuique pro ſua dignitate & ſecundum ordinem votorum uni poſt alium ad loca ipſis placentia hujusmodi preces & proceſſus de ſuper dabimus opportunos, curaturi etiam, ut hujusmodi preces in Cancellaria noſtra gratis expediantur & ſuum ſortiantur effectum omni impedimento ſublato, ſalvo tamen, quod precibus a predeceſſoribus noſtris obtentis vel optatis etiam non expeditis & debitum effectum non ſortitis per hoc nihil præjudicetur, quin imo quantum poſſumus apud Prælatos & Capitula hoc curabimus, ut etiam preces optatæ prædeceſſorum noſtrorum effectui mandentur.

Ejusdem tenoris eſt Articulus XXXIV. Capitulationis *Joſephi Clementis* Anno MDCLXXXVIII. 19. Julij & 12. Octobris appromiſſæ & Anno MDCXCII. poſt dietam 13. Aprilis ſubſcriptæ & ſigillatæ.

XXIX. a.

PRECES JACOBI ARCHI EPISCOPI TREVIRENSIS.

Jacobus Dei gratia Sancte Treverenſis Eccleſie Archi Epiſcopus S. R. I. per Galliam &c. Archi Cancellarius honorabilibus, devotis, dilectis Decano & Capitulo Eccleſie *S. Simeonis* Treverenſis ſalutem in Dño ſempiternam. Quia conſueverunt Predeceſſores noſtri Archi Epiſcopi Trevirenſes

poſt ſue conſecrationis ſolemnia collatoribus & collatricibus Eccleſiaſticorum beneficiorum noſtrarum Civitatis & Dioceſis Trevirenſis primarias pro perſonis quas promoveri cupiebant, idoneis tamen, preces porrigere, quæ grata benevolentia & ſine contradictione ſeu difficultate qualibet exaudiri merebantur, Nos Predeceſſorum eorumdem veſtigiis inſiſtere volentes vobis pro dilecto in Chriſto *Johanne de Vivario in Nikendich* Clerico noſtre Dioc. primarias hujusmodi porrigimus preces noſtras, rogamus quatenus eidem Johanni Dei precipue ac precum noſtrarum intuitu Canonicatum & prebendam in Eccleſia veſtra proxime vacaturos conferre & aſſignare & de illis ſibi providere velitis ſibi ſtallum in choro & locum in Capitulo cum juris Canonici plenitudine aſſignaturi. Datum *Palatiolo* noſtro ſub ſecreto die quarta Martij Anno Dñi Milleſimo quadringenteſimo triceſimo nono juxta ſtilum *) Treverenſem.

*) Diverſus eſt variarum gentium, regionum, civitatumque circa anni exordium ſtilus; juxta hunc diverſum ſtilum DATA ſunt Diplomata bene multa. Operæ igitur pretium foret diverſa anni exordia intimius perſcrutari, enodare, detegere, inter ſe conferre & ad vulgarem computum reducere. Varia ſuo die dabimus documenta juxta ſtilum Moguntinum, Treverenſem & Colonienſem expedita, ſolvendo huic dubio fortaſſis accommoda.

XXIX.

Digitized by Google

XXIX. b.

PRECES JOHANNIS PHILIPPI ARCHIEP. TREVIR.

Joannes Philippus Dei Gratia Archi Epiſcopus Trevirenſis S. R. I. per Galliam & Regnum Arelatenſe Archi-Cancellarius ac Princeps Elector Adminiſtrator Prümienſis &c. Reverendo & honorabilibus Devotis nobis dilectis Decano & Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ ad *S. Simeonem* Treviris ſalutem in Dño. Cum ex antiqua, laudabili & hactenus obſervata conſuetudine conſueverunt ſanctæ Trevirenſis Eccleſiæ Archi Epiſcopi Prædeceſſores noſtri poſt perceptam in Dño confirmationem ſingulis collatoribus & collatricibus Eccleſiaſticorum beneficiorum noſtrarum civitatis & Dioc. Trevirenſis ſuas primarias porrigere preces, quæ etiam qualibet contradictione ſemota prompta benevolentia exaudiri merebantur. Nos igitur Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis ea in parte inhærentes hujusmodi noſtras primarias preces pro devoto Nobis dilecto *Arnoldo Petro Preinl* duximus porrigendas & præſentium tenore porrigimus, vos hortantes quatenus præfato *Arnoldo Petro Preinl* ſeu ejus legitimo procuratori ſuo nomine de canonicatu & præbenda dictæ noſtræ Eccleſiæ in præſentia vacantibus ſeu proxime vacaturis Dei præcipue & harum precum noſtrarum intuitu provideatis, eumque vel ejus procuratorem legitimum in canonicatus vel præbendæ corporalem & actualem poſſeſſionem inducatis & inductum defendatis, nec

non

non ei ſeu ejus procuratori de omnibus & ſingulis juribus, redditibus & emolumentis reſpondeatis & ab aliis, quantum in vobis fuerit, reſponderi faciatis integre & cum effectu, aſſignando ei ſtallum in choro & locum in Capitulo. In quorum fidem haſce manu propria ſubſcriptas, ſigillo noſtro Archi Epiſcopali juſſimus communiri. Dabantur in Reſidentia noſtra *Treviris* 18va Martii 1756.

J. P. Archi Epiſcopus Elector.

XXX.

CONSTITVTIONES ECCLESIE METROPOLITANAE COLONIENSIS. *)

Branda miſeratione Divina tituli *Sancti Clementis* ſacroſancte Romane Eccleſie presbiter Cardinalis Placentinus vulgariter nuncupatus in Regno Bohemie ac Misnenſi ac Moravie Marchionatibus Apoſtolice ſedis Legatus nec non Metropolitanarum cathedralium aliarumque eccleſiarum monaſteriorum ac piorum locorum regularium & religioſorum quorumcunque partium Almanie Reformator Generalis per eandem ſedem ſpecialiter deputatus Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Dño

Dño

*) Has conſtitutiones Branda Cardinalis Reformator Eccleſiarum Germaniæ dictus condidit. Conſtitutiones ab eodem pro Eccleſia Moguntina factas edidit *Ludewig Reliqu. MSS. Tom. XI. p. 384.*

Digitized by Google

Dño *Theoderico* Archi Epiſcopo Colonienſi Prelatis Canonicis ac ceteris clericis & eccleſiaſticis perſonis utriusque ſexus Civitatis & Dioceſis Colonienſis ſalutem in Domino ſempiternam & hujusmodi noſtras conſtitutiones benigne ſuſcipere.

Quanquam ſacri canones pro utilitate eccleſiarum multa & clericorum honeſtate providerint, tamen usque adeo nonnullorum clericorum corruptela excrevit ut morum atque honeſtatis veſtigia apud eos pauca admodum remanſerint ac multa quotidie in ſuarum animarum periculum prejudiciumque eccleſiarum committatur, que in maximum ſtatus eccleſiaſtici opprobrium nec non in ſcandalum & pernitioſum plurimorum exemplum redundare nemini dubium exiſtit, ideo ut frena hujusmodi inſolentiis apponantur & novis morbis nova adhibeantur remedia neceſſe eſt leges quottidie condere & novas penas annectere ut ſaltem majoribus penis perterriti hujusmodi abuſus committere reformident pariterque animarum ſuarum ſaluti prouideant, ſane percipiens ſanctiſſimus Dominus noſter Dñus *Martinus* Divina providentia Papa quintus in partibus Almanie cultum Divinum clericorumque honeſtatem que olim ibidem maxime vigebat nunc plurimum proh dolor deficere ac multa in prejudicium eccleſiarum perpetrari cupiens adinſtar boni paſtoris oves ſibi commiſſas ſalvas Domino reddere, nobis licet tanto oneri inſufficientibus viſitationis ac reformationis curam omnium eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum

rum dictarum partium per ſuas litteras Apoſtolicas exactiſſime commiſit, cujus mandatis nos ut tenemur obtemperare volentes maximeque utilitatem eccleſiarum omnesque clericos in ſuis officiis digne Domino famulari affectantes ad Colonienſem Metropolitanam civitatem perſonaliter deſcendimus ibique diligenti habita inquiſitione ac viſitatis predicta Majori nec non & aliis ejusdem civitatis collegiatis regularibus & ſecularibus ac parrochialibus eccleſiis multa digna correctione & reformatione invenimus que omnia ſecundum infra ſcriptum modum matura prehabita deliberatione cum V. R. P. ac nonnullis gravibus & circumſpectis perſonis preſentibus in perpetuum valituris conſtitutionibus ordinavimus & emendavimus, ideoque vobis omnibus & ſingulis in virtute ſancte obedientie diſtricte precipiendo mandamus ut has noſtras conſtitutiones prout quemlibet veſtrum tangunt ſub penis in ipſis conſtitutionibus contentis cum omni debita humilitate ſuſcipientes firmiter obſervetis, non obſtantibus ſtatutis & conſuetudinibus etiam juramento aut quavis alia autoritate vallatis nec non privilegiis indultis ac litteris Apoſtolicis aut aliorum quorumcunque in contrarium facientibus quibus prout ipſe Dominus noſter in ſuis litteris expreſſe derogat nos etiam derogamus & quia fruſtra leges conderentur niſi eas aliquis debite exequeretur, ideo vos Rmum Patrem aliosque Archiepiſcopos qui pro tempore fuerint veſtri ſucceſſores harum noſtrarum conſtitutionum & ordinationum executores facimus & deputamus vobisque

bisque & dictis vestris successoribus districtissime mandamus ut has constitutiones & ordinationes ab omnibus inviolabiliter cum omni diligentia observari faciatis, transgressores autem earum irremissibiliter puniendo cum potestate in ipsis constitutionibus inserta juxta excessuum & excedentium qualitatem ac temporis exigentiam ampliandi & moderandi, super quo vestram & eorum conscientias districtius oneramus & sub excommunicationum & suspensionum penis in dictis constitutionibus appositis, si quis in eas inciderit debita correctione premissa in forma ecclesie consueta absolvendi, ne quis autem dictarum constitutionum ignorantiam possit pretendere vobis Rmo Patri injungimus sub pena interdicti ab ingressu ecclesie ut easdem constitutiones nostro sigillo impendente munitas infra unum mensem a die exhibitionis presentium dictis ecclesiis civitatis & Diocesis publicare & nuntiare curetis earumque Prelatos capitula sive conventus sub penisque vobis videbuntur ad alia eorum statuta collocandas & inferendas cogatis & astringatis, volumus etiam ne per desuetudinem aut oblivionem he nostre constitutiones e memoria hominum dilabantur sed in quolibet sinodali aut provinciali concilio quod in civitate vel diocesi Colonienſi celebrari contigerit publice alta & intelligibili voce omnibus audientibus legantur & recitentur. Tenor autem dictarum constitutionum in Christi nomine sequitur & est talis:

Statutum

Digitized by Google

Statutum taxans oſtendentes ſe in Choro tantum per quartale temporis pro deſerviendis preſentiis.

I. Cum redditus & proventus eccleſiaſtici propter divina officia celebranda inſtituti ſint & quemadmodum integros beneficiorum ſuorum fructus clerici percipere volunt ita equum eſt ut integre ſe divinis officiis obſequentes exhibeant, ideo nos ſuper omnia cultum divinum augere cupientes abuſum illum penitus tollimus & abolemus qui maxime in majori eccleſia Colonienſi huc usque perviguit ut canonici & alii clerici ſe tantummodo oſtendentes aut divino officio pro modico temporis ſpatio intereſſentes tres ſolidos denariorum aut alia emolumenta ſeu preſentias aut diſtributiones percipiant, ſtatuimus ergo & mandamus tam in dicta majori quam aliis civitatis & Dioceſis colonienſis collegiatis eccleſiis ut ſiquis in matutinis ſaltem antequam perficiatur pſalmus *Venite exultemus* & in aliis horis aut in vigiliis & commendationibus animarum ante finem primi pſalmi & in miſſis tam animarum quam aliis ante ultimum *kyrie eleyſon* usque ad complendam ſive ultimam collectam ipſarum miſſarum aut divinorum officiorum vigiliarum & commendationum non interfuerint, careat tota illius officii in quo ut ſupra non interfuerit diſtributione ſive preſencia aut quovis alio emolumento, ſimiliter inherendo conſtitutionibus bone memorie *Friderici* Archi Epiſcopi Colonienſis diſtributiones ſive preſencie que in ſtationibus in civitate & dioceſi Colonienſi Canonicis & aliis beneficiatis intereſſentibus dari ſolent nullis de cetero

dentur

dentur niſi illis qui proceſſionaliter ad eccleſiam ubi ſtatio ſervatur vadunt aut chorum ipſius eccleſie intrant ibique usque ad finem divini officii perſeverant & peracto officio cum cruce ad eccleſiam ſuam revertantur exceptis illis quos ad revertendum prius cauſa rationabilis excuſaret.

Per predicta non intendimus prejudicium facere hiis quibus ſecundum diſpoſitionem juris communis dicte preſentie alias in abſentia debentur veluti cauſa infirmitatis corporalis, neceſſitatis & evidentis ipſius eccleſie utilitatis.

II. Quoniam in pluribus anni feſtivitatibus & maxime celebrioribus Prelatis canonicis & aliis beneficiatis eccleſiarum ſecundariarum civitatis colonienſis proceſſionaliter ad eccleſiam majorem nec non ipſis de eccleſia majori ſimul cum aliis ad alias eccleſias euntibus ut miſſis ibidem celebrandis interſint juxta morem ſolitum divina officia in predictis eccleſiis aut negliguntur aut ſaltem raptim & cum minus debita ſolempnitate peraguntur, ſtatuimus ut niſi in feſtis *Dedicationis* ipſius *eccleſie majoris*, *Trium Regum* & *translationis eorundem* & beati *Petri* Principis Apoſtolorum & cum Dominum Archi Epiſcopum qui pro tempore fuerit in predicta majori eccleſia in dictis anni feſtivitatibus celebrare contingeret, in anniverſariisque Archi Epiſcoporum predicti prelati canonici & beneficiati dictarum eccleſiarum ipſam majorem aut ipſi de majori alias eccleſias ibidem divinis intereſſendo viſitare non teneantur exceptis etiam proceſſioni-

Digitized by Google

bus que fuerint in dilatione ſacramenti Dominici per circuitum civitatis Palmarum & Rogationum.

Preſentie non niſi preſentibus dande.

III. In nonnullis eccleſiis civitatis et Dioceſis Colonienſis mos eſt ſeu pocius abuſus ut eccleſiarum Prepoſiti in ipſis eccleſiis prebendas annexas vel non annexas obtinentes preſentias ſeu quotidianas diſtributiones licet divinis officiis non interſint imo quod deterius eſt in ipſis eccleſiis non reſideant quemadmodum intereſſentes integre percipiant, nos advertentes predictas preſentias ſeu diſtributiones ſolum ratione intereſſentie divinorum percipi poſſe & debere ſtatuimus ut deinceps eisdem prelatis ratione prebendarum ſuarum nulle preſentie ſive diſtributiones niſi divinis officiis modo quo ſupra ſtatutum eſt interſint miniſtrari debeant intereſſendo nunc divinis officiis idem canonicatuum & prebendarum ſuorum volumus eisdem preſentias ſive diſtributiones & alia quevis emolumenta quemadmodum aliis canonicis prebendatis miniſtrari, quos etiam Prepoſitos ſic prebendatos ad omnia onera quibus alii canonici prebendati ſunt obligati aſtrictos eſſe decernimus, ſimiliter quarumlibet eccleſiarum Decanis quociens divinis non interſunt officiis interdicimus preſentias ſive quotidianas diſtributiones miniſtrari non obſtante aliqua in contrarium conſuetudine conventione vel ſtatuto.

De

De preſentiis.

IV. Cum in plerisque eccleſiis civitatis & Dioceſis Colonienſis Decani non prebendati licet divinis officiis interſint nullas poſſint preſentias ſive diſtributiones recipere ex quo fit ut cum propterea aliqui eorum negligentes ſint chorum frequentare, divinus cultus non modicum patiatur detrimentum, ideo volumus maxime cum Decanatus communiter ſint non modicum exiles ut preſentias & diſtributiones quemadmodum alii canonici divinis inter eſſendo officiis dicti Decani percipiant, quos dum prebendas in ipſis eccleſiis aſſequi contigerit, non propterea majores preſentias ſive diſtributiones habere volumus.

Decanum non prebendatum vocem in Capitulo non habere.

V. Abuſum illum in quibuscunque vigentem eccleſiis, quod Decani non prebendati actibus capitularibus nequeunt intereſſe penitus tollimus & abolemus, monſtruoſum enim eſſe videtur, ut qui caput eſt capituli cenſeri de capitulo non debeat & preſertim cum litere & alia ad eccleſiam pertinentia Decano & Capitulo communiter dirigantur, expedit etiam ut tractatibus capituli ſemper inter ſint ut ſi quid ibidem indebite aut contra utilitatem eccleſie fiat tanquam caput poſſit prohibere. Ideo ſtatuimus ut in omnibus actibus et tractatibus capitulorum deinceps Decanus tanquam caput interſit nec non voce & capitularibus emolumentis ſicut ceteri canonici gaudere debeat, ex-

preſſe prohibentes capitulum aliquod congregari quod per ipſum vel ejus locum tenentem non fuerit indictum, alioquin quicquid ibidem fit vel ordinatur nullius decernimus eſſe roboris vel momenti.

Contra Confabulatores chori & in eo privatim horas legendo.

VI. Quoniam valde iniquum eſt & res peſſimi exempli ut tempore quo divina celebrantur officia canonici & alii clerici qui devotiſſime deberent pſalmodie intendere confabulationes aliaque inter ſe colloquia habeant ad divinum officium non ſpectantia, ſtatuimus & mandamus ut dicti canonici & clerici qui tempore Divinorum inter ſe colloquia ſeu confabulationes, in choro habuerint eo ipſo ſuſpenſi ſint a preſentiis ſeu corpore prebende aut beneficii quod in eccleſia obtinent per unum diem irremiſſibiliter & ultra ad arbitrium Decani aut eo abſente locum ejus tenentis, eadem pena multari decernimus eos quicunque in ipſo choro tempore divinorum privatim per ſe horas legere aut dicere viſus fuerit, quo non ſolum obſequium quo obligatur choro ſubtrahit, ſed alios pſallentes non modicum diſturbat.

Vagantes ſub Divinis puniuntur.

VII. Quemcunque Prelatum Canonicum vel vicarium ſeu quemvis alium in predictis eccleſiis beneficiatum tempore divinorum per eccleſiam cum laicis ſeu aliis clericis ſpaciari ſeu vagari contigerit, careat unius ebdomade preſentia & corpo-

re

re prebende ſeu beneficii quod in ipſa eccleſia obtinet irremiſſibiliter & ultra ad arbitrium Decani vel ejus locum tenentis.

De Cantu diſtincto ordine inter feſta & ferias ordinando.

VIII. Decanis omnium eccleſiarum civitatis & Dioceſis Colonienſis in virtute ſancte obedientie mandamus ut pſalmodiam reliquumque divinum officium convenienter & cum debita pauſa non feſtinanter ut hactenus factum eſſe comperimus faciant celebrari faciendo etiam inter cantum ſolennem & feriatum debitam differentiam obſervari, mandantes etiam eisdem ut tabulam aliquam capitularem in eccleſiis ſuis ordinari faciant, in qua ſingulis ebdomadis per unum cui ipſi hoc onus commiſerint diſtincte deſcribatur quid per unum quemque canonicorum & aliorum beneficiatorum in matutinis & aliis horis canonicis legendum & cantandum ſit, quam tabulam una die ebdomade ad hoc per Decanos de putanda unus Coralis in preſentia eorundem canonicorum & beneficiatorum pronuntiare debeat remanente dicta tabula ſic deſcripta in ſacriſtia eccleſie. *)

*) *Benedictus* XIV. PP. in ſuo *Bullario Tom. t. p. 372. edit. Rom. 1746.* ea, quæ circa deſerviendas præſentias & pſalmodiam Divinam in præmiſſis Capitulis allata ſunt, breviter ita complectitur: §. 23. Fraternitates veſtras enixe hortamur, ut maxima a curam & vigilantiam in id conferatis, ut in Eccleſiarum veſtrarum Choris præter devotam celebrationem debitamque applicationem miſſæ conven-

 tualis,

tualis, horæ canonicæ non præpropere, ſed exacte, pauſa nempe interpoſita, & maxima, qua decet, reverentia ac religione canantur.

§. 24. Equidem ſcimus, in aliquibus Metropolitanis & Cathedralibus Eccleſiis inter canonicos eam opinionem invaluiſſe, ut ſe munus ſuum ſatis implere contendant, dum choro præſentes aſſiſtunt, licet ipſi ſibi ſilentium imperent, neque pſallentibus beneficiatis aut manſionariis in cantu ſe adjungant. In hujuſce vero opinionis confirmationem, adduci ab iisdem ſolent inveteratæ conſuetudines, ſtatuta peculiaria aut etiam prætenſa Eccleſiarum ſuarum privilegia. At cum ſynodus Tridentina ſeſſ. 24. cap. 12. loquens de Dignitatibus & Canonicis, qui choro intereſſe debent, unum ex eorum officiis eſſe dicat, *in Choro ad pſallendum inſtituto hymnis & Canticis Dei nomen reverenter, diſtincte devoteque laudare*, cumque pauca omnino ſint capitula, in quibus eo modo a Canonicis in Choro aſſiſtitur, ideoque receptæ in Univerſa Eccleſia Diſciplinæ paucos illos adverſari dignoſcatur; cum inſuper opinio illa nunquam in Congregatione Concilii Tridentini interpretationi præpoſita, examinata ſit, quin ſtatim exploſa fuerit & improbata; quamvis præſumptis conſuetudinibus, aliisque fundamentis & rationibus innixa perhiberetur, Canonicis etiam Eccleſiarum Patriarchalium hujus noſtræ Urbis ſuper hoc inſtantibus, cum deniqueidem judicium prolatum reperiatur a pluribus Conciliis provincialibus ab hac etiam Apoſtolica ſede approbatis & confirmatis, nihil jam reliquum eſſe videtur, quo minus pauciores univerſorum legi ſe accommodent. Equidem minime nobis compertum eſt, quo peculiari titulo ſuffulti perſuaſum habeant unius vel alterius Eccleſiæ Canonici, ſe muneri ſuo ſatisfacere per ſimplicem in Choro aſſiſtentiam absque Divinæ pſalmodiæ Cantu. Verum, niſi illis

illis præſto ſit Apoſtolicum non præſumptum, vel abrogatum ſed legitimum ac vigens privilegium ſive indultum; jure ac merito verendum eſt, ne iſti, dum ita ſe gerunt, præbendarum ac diſtributionum fructus minime ſuos faciant & conſequenter ne ad eorum reſtitutionem teneantur. Quapropter veſtrum erit, Ven. Fratres, hæc omnia illis aperire, ut neque Nobis neque Vobis apud Divinum judicem fraudi ſit, ſi in hujusmodi re, quæ tanti eſt momenti, utpote quæ ad ipſius Dei cultum proxime ſpectat, abuſus & corruptelas, quas arguendo & increpando evellere debebamus, diſſimulatione ac ſilentio noſtro foviſſe & confirmaſſe inveniamur &c. . . . Romæ die XIX. Auguſti MDCCXLIV.

Contra negligentes cantare ſeu legere ea que in tabula ordinata ſint.

IX. Laudabilem illam conſuetudinem a non longo tempore tam in majori quam in nonnullis aliis collegiatis eccleſiis civitatis & dioceſis colonienſis hactenus intermiſſam omnino ab omnibus eccleſiis precipimus reaſſumi & videlicet ſaltem feriatis diebus nec non in quadrageſima diebus quibus feſta novem lectionum occurrunt due . . miſſe cantentur una de die & alia pro defunctis ſive illa die ſint preſentie aut memorie ſive non, qui vero ad aliquam miſſarum ſive ad Evangelium vel epiſtolam cantandum vel cantandam in tabula capitulari deſcriptus fuerit & cantare neglexerit per ſe vel alium juxta conſtitutionem bone memorie *Friderici* Archi Epiſcopi Colonienſis *) in quatuor

 groſſis

*) Confer. Concilia Germaniæ Tom. IV. pag. 548. ſeqq.

Digitized by Google

groſſis & qui ex ordinatione Decani talem defectum ſuppleverit applicandis multari decernimus, quos groſſos ſtatim finita miſſa per diſtributorem preſentiarum ſeu quottidianarum diſtributionum pro tempore exiſtentem de hujusmodi preſentiis ſeu diſtributionibus vel aliis emolumentis ipſi negligenti tunc competentibus vel inpoſterum competituris ſine contradictione qualibet volumus miniſtrari, quos ipſe diſtributor eidem negligenti poſtmodum defalcare poterit & debebit, qui vero in aliis ad que cantanda vel legenda in ſupra dicta tabula deſcriptus fuerit negligentiam commiſerit juxta arbitrium Decani puniatur & corrigatur.

Ceſſatio a Divinis occaſione contractu debiti reprobatur.

X. Ut cultus divinus & devotio populi non decreſcat ſed potius augeatur abuſum illum in aliquibus eccleſiis preſertim in majori eccleſia Colonienſi aliquando ſervatum videlicet ut Capitula eccleſiarum debita aliqua contrahentia obligant ſe creditoribus aut fidejuſſoribus, quod niſi infra certum terminum ſatisfecerint in eorum eccleſiis a divinis ceſſabitur officiis tollimus & abolemus ſub pena ſuſpenſionis a fructibus ſuorum beneficiorum ſi hujusmodi contractus inierint donec ipſa officia reſumpſerint.

Ut defunctorum memorie prout inſtitute ſunt preciſe ſerventur.

XI. Ut defunctorum voluntates maxime ad pios uſus executioni demandentur mandamus in virtute

virtute ſancte obedientie Decanis & Capitulis ſingularum eccleſiarum ut ea que pro memoriis defunctorum inter preſentes canonicos vicarios & alios beneficiatos diſtribuenda certis diebus & horis ſpecialiter ſunt deputata ſive in pecunia numerata ſive in aliis ſpeciebus quibuſcunque conſiſtant ad nullum alium uſum transferant ſed ea integraliter eisdem diebus & horis tantum in dictis memoriis intereſſentibus dari & miniſtrari per diſtributores qui pro tempore fuerint omnino faciant juxta dictorum defunctorum voluntates.

De celebrandis miſſis per Vicarios.

XII. Vicarios & altariſtas tam majoris eccleſie quam aliarum collegiatarum civitatis & dioceſis Colonienſis in noſtra viſitatione percepimus remiſſius in ſuis altaribus miſſas celebrare contra juris diſpoſitionem & fundatoris voluntatem comperimus etiam nonnullos dictorum vicariorum & altariſtarum in puerili adhuc nonnullos vero in legitima conſtitutos etate minime curare ad ſacerdotium promoveri, nos volentes hujusmodi defectibus ſalubriter providere ſtatuimus & ordinamus Decanos dictarum eccleſiarum omnino debere cogere ipſos vicarios & altariſtas ſub penis que ſibi videbuntur & ſaltem bis vel ter qualibet hebdomada diebus per dictos Decanos ad hoc deputandis niſi ex onere fundationis pluries tenentur debeant celebrare & quia ad hoc fundata videntur altaria ut miſſe per eos quibus ipſa conferuntur celebrentur, volumus ut deinceps collatio dictorum altarium fa-

Digitized by Google

cta in tali etate conſtituto quod infra annum ad ſacerdotium nequeat promoveri irrata cenſeatur, quod ſi aliquis in legitima etate conſtitutus cui conferatur aliquod altare infra annum a die adepte pacifice poſſeſſionis ſacerdotium aſſumere neglexerit ipſo jure dicto altari privatum eſſe decrevimus, Collationes vero dictorum altarium ante hanc noſtram conſtitutionem factas in ſuo volumus robore permanere, ita eum qui nunc non eſt etatis legitime cum primum ad ipſam pervenerit, niſi ad ſacerdotium aſſumatur eo ipſo ſuo altari privatum fore cenſemus eademque privationis pena aſtringimus eum qui modo eſt legitime etatis niſi infra annum a die publicationis preſentium ſacerdos efficiatur, interim autem altaribus predictorum ut ſupra dictum eſt per ydoneos ſacerdotes deſerviatur.

Sub Divinis non eſſe capitulum celebrandum.

XIII. Prohibemus ne tempore divinorum capitula & actus capitulares ſive alii tractatus per canonicos celebrentur niſi forte urgens pro tunc neceſſitas immineat, Decanum vero aut quemvis alium in ejus abſentia qui ad taliter horam ſine predicta cauſa capitulum convocaverit ſeu congregaverit ſuſpendimus per unam hebdomadam a preſentiis & corpore prebende vel dignitatis.

Repro

Reprobat abuſum Pontificalium per clericos quandoque haberi ſolitum.

XIV. Abuſum quendam tam in majori quam ceteris civitatis & dioceſis Colonienſis eccleſiis obſervari ſolitum ut videlicet in certis anni ſolempnitatibus nonnulli clerici ornamentis pontificalibus induti ac cum mitra & baculo paſtorali in choro & in eccleſia tanquam Epiſcopi ſtare & incedere preſumant penitus tollimus & abolemus, id enim in non modicum epiſcopalis redundat obprobrium dignitatis ac proprii prelati notam, & ut deinceps eos pena coherceat qui talia facere aut permittere non verentur, Decanos eccleſiarum & in earum abſentia locum tenentes qui hujusmodi ludibria in ſuis eccleſiis fieri patiuntur & eos qui predictis veſtimentis taliter abutuntur ſententia excommunicationis volumus innodari.

Contra abſentes & non reſidentes.

XV. Illam etiam abolemus corruptelam quia tam in majori quam in plerisque civitatis & dioceſis Colonienſis eccleſiis irrationabiliter obſervatur ut dictarum eccleſiarum canonici aut alii beneficiati recipientes quendam baculum ſive . . certam ſolvendo pecunie quantitatem licentiam abeſſendi a ſuis eccleſiis obtineant fructus prebendarum & beneficiorum ſuorum percipiendo ſtatuentes & mandantes ut quicunque in aliqua predictarum eccleſiarum prelatus canonicus vicarius ſive alius beneficiatus voluerit ex rationabili cauſa abeſſe teneatur a ſuo prelato ſeu ab illo vel illis cui ſeu quibus de jure

Digitized by Google

jure vel consuetudine hoc competit licentiam obtinere, qua obtenta debeat aliam personam idoneam pro beneficio suo a quo se absentat durante ejus absentia facere deservire, quodsi non fecerit volumus ut per Decanum & Capitulum ecclesie in qua hujusmodi beneficium est constitutum minister substituatur idoneus qui eidem beneficio & ecclesie interim deserviat in divinis cui de fructibus & redditibus hujusmodi beneficii mandamus per ipsos Decanum & Capitulum congrue provideri, quicumque vero a suo beneficio se absentare presumpserit a perceptione fructuum ipsius beneficiis per illum ad quem id pertinet suspendatur de quibus fructibus ut supradictum est alicui ministro qui interim loco ipsius absentis deserviat congrue provideatur.

Suspensiones contumaciter non curantes excommunicat.

XVI. Quia nonnulli predictarum ecclesiarum Canonici & alii beneficiati propter eorum absentiam a perceptione fructuum prebendarum & beneficiorum suorum suspensi suspensionem hujusmodi ut accepimus quandoque pluribus annis contumaciter sustinent quidem suspensione ipsa durante nihilominus fructus suarum prebendarum & beneficiorum interdum ausu temerario percipere non verentur, propter quod prebende & beneficia hujusmodi plerumque servitiis debitis defraudantur, nos itaque attendentes quod crescente contumacia crescere debeat et pena inherentes cuidam laudabili

bili ordinationi etiam per bone memorie *Friderici* Archi Epiſcopum Colonienſem deſuper edite ſtatuimus quod quicunque prefatarum eccleſiarum beneficiatus deinceps hujusmodi ſuſpenſionem per annum integrum pertinaci animo ſuſtinuerit ſeu qui durante ſuſpenſione ipſa quidquam de beneficii ſui fructibus a quorum perceptione eſt ſuſpenſus propria temeritate perceperit, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrat, poſt quem annum ſi dicti abſentes per Decanos & capitulum ſuarum eccleſiarum infra aliquod tempus competens moniti ad faciendum in ſuis eccleſiis reſidentiam venire contempſerint eo ipſo ſuis beneficiis volumus eſſe privatos.

Prelatos in majoribus ordinibus conſtitutos oportere.

XVII. Cum non deceat Prepoſitos in dignitatibus conſtitutos qui presbiteris & aliis clericis preferuntur in aliquo ſacrorum ordinum non exiſtere ſtatuimus ut de cetero in omnibus collegiatis eccleſiis civitatis & diœceſis Colonienſis nullus predictam Prepoſiture dignitatem aſſequi poſſit niſi in diaconatu ſi jurisdictionem annexam habeat vel ſi non habeat ſaltem in ſubdiaconatu ſit conſtitutus aut in tali etate in qua intra primum tempus legitimum poſſit & debeat ad dictos ordines ſe facere promoveri, alioquin electio proviſio ſeu quevis alia diſpoſitio viribus penitus evacuetur.

Ubi

Digitized by Google

Ubi numerus ſacerdotum non ſufficit eſt adimplendus.

XVIII. Quoniam ex eo quod in quibusque Collegiatis eccleſiis non eſt ſufficiens numerus ſacerdotalium prebendarum & habentium alios ſacros ordines annexos potiſſime abſentibus hujusmodi prebendas obtinentibus divinus cultus preſertim in celebratione ſumme miſſe defectum patiatur, conquerentibus etiam aliquibus canonicis presbiterales prebendas habentibus quod nolunt prout nec tenentur predictam miſſam loco abſentium qui ad hoc pro ſua vice tenentur celebrare ſtatuimus quod de cetero in omnibus eccleſiis collegiatis civitatis & dioceſis preterquam in *majori eccleſia Colonienſi* & ſancti *Gereonis* in quibus ſpecialiter ex cauſa duximus providendum, quarta pars prebendarum presbiteralis exiſtat, relique vero dyaconales & ſubdiaconales ſint ita quod ultra illas ſique nunc ſunt presbiterales prebende primo vacature usque ad dictam quartam partem presbiterales efficiantur, ſimiliter medietas aliarum ultra illas que nunc ſunt diaconales ex primis vacaturis poſt completum numerum ſacerdotalium diaconalis exiſtat, ſic etiam medietas alia ultra illas ſique nunc ſunt ſubdiaconales poſt completum numerum diaconalium ſubdiaconales efficiatur, decernentes quodammodo nullus poſſit prefatas prebendas aſſequi niſi exiſtat in illarum ordinibus aut ſaltem in etate in qua poſſit infra primum tempus legitimum promoveri ad illos infra quod ſi neglexerit promoveri eo ipſo hujusmodi prebenda volumus eſſe privatum.

XIX.

Digitized by Google

XIX. Cum in majori Colonienſi eccleſia maximum Divini cultus defectum in noſtra invenimus viſitatione non ſine ſcandalo tam cleri & populi quam aliorum ad dictam eccleſiam devotionis cauſa aliunde venientium & quod potiſſime hujus defectus cauſa eſt paucitas canonicorum in ſacerdotio & aliis ſacris ordinibus exiſtentium, cumque etiam dicte majori eccleſie tanquam Metropolitane & in qua quottidie ardua negotia expedienda occurrunt ſumme ſit neceſſarium viros in ſcientia litterarum preſertim Theologie propter hereſes, proh dolor, hodie nimium pullulantes jurisque canonici & civilis habere eruditos, idcirco nos cupientes dicte eccleſie ſalubriter in omnibus providere conſiderantesque in dicta eccleſia inter alias prebendas duas eſſe que currentes appellantur & a nemine in titulum poſſidentur, quodque ibidem quam plura ſunt officia minus neceſſaria aut utilia preſertim officium duorum cellerariorum qui habentes non modicum ſallarium nullum onus in eccleſia ſuſtinent ſed omnino per ſub cellerarium cuia capitulo providetur, diſponuntur nec non officium Prepoſiture volumus & ordinamus ut predicte due prebende currentes cum duabus aliis quas ex nunc de novo in dicta eccleſia fundamus & erigimus ultra alias prebendas ſacerdotales onus ſacerdotii annexum habeant, ipſeque nomiſi Magiſtris Licentiatis aut Baccalaureis in ſacra pagina aut Doctoribus ſive Licentiatis in altero predictorum jurium per Rmũm Patrem Dnũm Archi Epiſcopum modernum & qui pro tempore fuerint cum plenitudine juris

cano-

Digitized by Google

canonici ſibi ſtallum in choro & locum in capitulo aſſignando conferantur fructus autem & redditus dictarum prebendarum currentium & predictorum officiorum que ex nunc ſupprimimus toti capitulo deberi volumus ita quod illi quibus dicte quatuor prebende ſic conferantur equalem cum aliis de omnibus emolumentis eccleſie portionem percipiant cum illisque concurrant quo ad omnia honores & onera, mandantes Domino Archi Epiſcopo moderno predicto & qui pro tempore fuerit in virtute ſancte obedientie & ſub pena ſuſpenſionis a divinis officiis ut predictas prebendas nunc & in futurum cum vacare contigerit hujusmodi perſonis cum primum reperte fuerint ut premittitur conferre debeat, volumus etiam in dicta majori eccleſia ut decem aliorum canonicorum ſecundum tempus ſue receptionis antiquiorum ad diaconatum totidemque poſt eos ſequentium ad ſubdiaconatum infra primum tempus legitimum ſi fuerint in etate debita ſe faciant promoveri, ſint autem poſtquam fuerint in ipſa etate ſub pena ſuſpenſionis fructuum ſuarum prebendarum, ſtatuimus etiam in augmentum divini cultus ut fructus omnium de eccleſia ſuſpenſorum in preſentias ſive diſtributiones convertantur quottidianas inter eſſentibus tantum divinis officiis miniſtrandas, mandantes inſuper ut de cetero in dicta eccleſia conſocii ultra numerum ſedecim perſonarum et per capitulum deputandi recipi non debeant & ſi plures nunc ſint ad dictum numerum reducantur ſintque ſi reperiri poterunt ſacerdotes aut ſaltem ydonei cantores quorum octo

ab

ab uno latere chori & octo ab alio canonicos & alios beneficiatos in psallendo divina officia . . quibus divinis intereſſentibus nichil penitus miniſtretur, mandantes etiam in virtute ſancte obedientie prefato Rmo Patri Dño Archi Epiſcopo ut de prebendis laicalibus & officiis annalibus dicte eccleſie diligenter ſcrutetur & inquirat & quas & que inutiles & inutilia eccleſie reperit ſupprimere ac tollere debeat eorum earumque fructus in augmentum divini cultus ad preſentias ſive diſtributiones convertat.

XX. In Eccleſia *ſancti Gereonis* ſtatuimus ut ultra ſacerdotes octo canonicorum ſecundum tempus ſue receptionis ſeniorum ad diaconatum totidemque poſt eos ſequentium ad ſubdiaconatum infra primum tempus legitimum ſi fuerint in etate debita ſe faciant promoveri, ſin autem poſtquam fuerint in dicta etate ſub pena ſuſpenſionum fructuum ſuarum prebendarum.

XXI. Cum ſecundum jura per aſſecutionem adminiſtrationis Epiſcopalis dignitatis & decurſum temporis de conſecrandis Epiſcopis omnia beneficia vacent, abuſum illum in eccleſia majori colonienſi in contrarium obſervatum penitus abolentes declaravimus tam canonicatus & prebendas quam quecunque alia beneficia obtenta per aliquem non Epiſcopum a tempore adeptionis adminiſtrationis Epiſcopalis dignitatis decurſo tempore de conſecrandis Epiſcopis vacaviſſe & tanquam nunc vacantes & vacantia per eos ad quos pertinet poſſe & debere conferri.

Bayerische Staatsbibliothek München

Digitized by Google

Collatio infantibus & illitteratis nulla.

XXII. In dicta majori ecclesia Colon. in detrimentum cultus divini & ipsius ecclesie prejudicium collocationem canonicatuum & prebendarum hactenus esse factam in nostra visitatione comperimus nonnunquam infantibus adhuc in cunabilis existentibus nonnunquam pueris laicisque & illiteratis personis, qua propter abusum illum abolentes decernimus dictos canonicatus & prebendas non posse nisi in etate debita constitutis & alias idoneis conferri, collocationes vero aliter factas nullius declaramus esse momenti.

De domicilio in domibus canonicalibus faciendo.

XXIII. Ut prelatis & canonicis ecclesiarum civitatis & diocesis Colonienſis evagationis materia subtrahatur & ut frequentius suas ecclesias occasionem visitandi habeant statuimus & mandamus ut predicti prelati & canonici infra immunitates sive in domibus canonicalibus suarum ecclesiarum residere teneantur, si domus habitabiles ad suas pertinentes ecclesias non deficiant, alioquin quamvis infra civitatem & opida in quibus ecclesie constitute sint, habitens nullo modo in ipsis ecclesiis residere censeantur ymmo sicut alios absentes a fructibus beneficiorum suorum volumus esse suspensos, & ut hec nostra ordinatio promptiorem sortiatur effectum statuimus ut cum domus canonicalis vel capitularis vacaverit Decanus & Capitulum debeat predictam domum adjudicare alicui de canonicis domum infra immunitatem non habenti

Digitized by Google

benti que apta ad reſidendum veriſimiliter videatur non pro majori pretio quam quo eam precedens canonicus emerat etiamſi ſi domus fuerit meliorata niſi alius ſenior voluerit pro ſimili pretio vel alter pro majori habere ſi vero predicta domus deteriorata fuerit tantum de pretio deducatur quantum per duos bonos viros unum a capitulo & alium ab ipſo canonico eligendos habita conſideratione hujusmodi deteriorationis preſtito juramento deducendum videbitur prohibentes expreſſe ne uni canonico vel prelato plures domus canonicales ſeu capitulares vendantur ſeu conſignentur inhibentes etiam ne aliqua domus capitularis ſeu hereditaria infra immunitatem conſiſtens laicalibus ſeu extraneis perſonis quibuslibet de cetero ad habitandum detur vel concedatur ſtatuentes ut qui habet domum capitularem poſſit ex cauſa eam alteri canonico vendere a ſuo capitulo licentia petita medietatemque pretii ipſe percepturus aliam daturus capitulo, quia autem nonnullos infra immunitatem reſidentes remiſſius ſuas eccleſias frequentare comperimus volumus ut cum hujusmodi negligentiam commiſerint niſi juſta & rationabilis cauſa eos excuſet, debite diſcipline & correctioni noſtre...

De tempore reſidentie.

XXIV. Irrationabilem conſuetudinem in quibuscunque vigentem eccleſiis civitatis & dioceſis Colonienſis qua permittitur ut certa emolumenta ex eccleſia provenientia veluti vina . . vel alia hujusmodi per canonicos percipi poſſunt, qui dun-

taxat certis diebus anni in ecclesiis suis comparuerint penitus tollimus & abolemus statuentes ut hujusmodi redditus integre nemini ministrentur nisi saltem per novem menses in ecclesia sua eidem debite prout convenit deserviendo resederit, residens autem a tribus mensibus supra quo rata temporis qua resederit de predictis emolumentis convenientem percipiat portionem si vero infra tres menses tantum resideat nichil possit percipere inhibentes expresse capitulis cellerariis distributoribus aliisque officiatis ecclesiarum ne quid plus quam per hanc nostram constitutionem conceditur de predictis fructibus alicui ministrare presumant alioquin ad tantum debitum ecclesie restituendum volumus esse obligatos.

Ut Decanus corrigat canonicos in vita & moribus culpabiles.

XXV. Ut negligentie & excessus impuniti non remaneant in malum aliorum exemplum in virtute sancte obedientie & pena suspensionis a divinis officiis Decanis omnium ecclesiarum seu eorum loca tenentibus districte mandamus ut qualibet quindena infallibiliter capitulum celebrent disciplina in quo tam de vita & moribus canonicorum & aliorum beneficiatorum quam de chori & divinorum officiorum negligentia & aliis defectibus diligenter inquiratur, is vero de canonicis vel aliis in ecclesia beneficiatis quem Decanus vel ejus locum tenens super aliquo excessu impecierit non tantum per aliquos Diaconos sed per totum capitulum vel majo-

Digitized by Google

majorem partem debeat judicari ad penam ſecundum conſuetudines eccleſiarum infligi conſuetam reprobantes conſuetudinem illam tanquam minus rationabilem ut videlicet ſoli aliqui Diaconi habeant presbiteros canonicos & alios beneficiatos judicare, ſanius enim videtur eſſe conſilium quod per totum capitulum aut majorem partem deliberatur, quam ſi per aliquos ſolos diaconos quos aliquando indiſcretos & imperitos eſſe contingit, improbamus etiam abuſum illum . . . ſervari ſolitum ut is qui prima vice diſciplinandus eſt debeat prandium canonicis miniſtrare vel quid aliud ſolvere, volumus & omnino mandamus ut in dictis capitulis diſcipline abſentes ſine licentia eorum ad quos ſpectat hujusmodi licentiam dare & maxime Decanorum a proventibus beneficiorum ſuorum que in eccleſia obtinent ſuſpendantur & quia in aliquibus eccleſiis nonnulli canonicorum pretendentes ſe a dicta correctione exemptos occaſionem capiunt delinquendi & obmittendi ea ad que in eccleſiis facere obligantur, volumus ut omnes canonici cujuscunque conditionis exiſtant cum eorum demerita exegerint debite diſcipline ſubdantur, quod de Decanis dictum eſt idem ſubdecanis mandamus quo ad correctionem & diſciplinam vicariorum & altariſtarum, ſi eorum correctio ad ſubdecanos pertinet.

Digitized by Google

Consuetudo solvendi pecuniam seu parandi prandia per canonicos in assecutione possessionis reprobatur.

XXVI. Abolemus ex omnibus ecclesiis civitatis & dioceſis Colonienſis consuetudinem illam sive statutum quibus recipiendi possessionem canonicatus & prebende dignitatis officii vel beneficii vel ad capitulum sive pro lectura litterarum Apostolicarum dare aut solvere astringuntur ipsis de capitulo aut singulis canonicis seu prelatis ad utilitatem ipsorum privatam certam pecunie quantitatem prandium vinum seu quicquid aliud, cum symonie speciem in se continere videatur & sacris canonibus sit expresse prohibitum, compellentes vero ad solvendum a divinis suspendimus officiis donec plenarie & cum effectu ipsis sic solvere compulsis accepta restituerint, laudabili illa consuetudine solvendi aliquid in fabrica vel adornatum ecclesie in suo robore permanente, quam tamen ultra id quod presenti taxatum est tempore nullo modo volumus augeri.

De Annis carentie.

XXVII. Ne ecclesie suis priventur ministris & sic cultus minuatur divinus statuimus in ecclesiis in quibus solitum est ut vacantibus dignitate seu canonicatu & prebenda aut alio quovis beneficio prelatus canonicus aut quivis alius beneficiatus noviter receptus per quatuor annos seu certum aliud tempus expectare teneatur antequam percipere

Digitized by Google

pere possit ut deinceps statim ad deserviendum ecclesie & percipiendum presentias & cotidianas distributiones & cetera emolumenta ex ecclesiis provenientia habeat facultatem preter duntaxat simplex prebende seu alterius beneficii corpus si quid pro defuncto & fabrica per predictos annos secundum ecclesiarum ordinationem debetur, ita quod nichil in privatam capituli aut canonicorum redundat utilitatem, adjicientes huic constitutioni ut si ante complementum dictorum annorum idem beneficium iterum vacare contingat seu etiam post complementum ante tamen residentiam & fructuum perceptionem totum id tempus ad commodum successoris cedere debeat ut videlicet pro rata temporis in nullo etiam quo ad corpus hujusmodi beneficii dictus successor teneatur.

De ignorantia Canonicorum.

XXVIII. Cum litterarum ignorantia clericis ut plurimum periculosa esse noscatur statuimus ut ad vocem & emolumenta capituli nullus canonicorum admittatur nisi saltem congrue loqui sciat latinum nec possit admitti nisi proprio juramento prius illo Decanus & Scolasticus diligenter examinato de hoc testimonium perhibeant, mandantes Decanis & Capitulis ecclesiarum in quibus ex consuetudine vel statuto per certum tempus canonici studere tenentur ne cum ipsis canonicis super predicto studendi tempore presumant dispensare.

Digitized by Google

De Canonicis in ſtudio ſtudendi cauſa exiſtentibus.

XXIX. Quemadmodum eccleſia Dei utilitatem & augmentum per litteratos clericos quottidie ſuſcipit ita per indoctos jacturam patitur & detrimentum, ideo ſtatuimus ut non obſtante aliquo ſtatuto vel conſuetudine quicunque clerici de licentia prelatorum ſuorum in ſtudiis generalibus reſidebunt quamdiu ibidem fuerint ſtudendi cauſa usque ad ſeptennium cum ea integritate beneficiorum ſuorum exceptis duntaxat quottidianis diſtributionibus fructus percipiant quemadmodum ſi in ipſis eccleſiis perſonaliter reſiderent, verum quia in multis eccleſiis ex ſtatuto vel conſuetudine oportet per annum vel aliud tempus in ipſis eccleſiis continuam reſidentiam facere ante integram fructuum perceptionem quod ipſos ſtudere volentes plurimum impedire poſſet ſtatuimus ut ipſam reſidentiam dicto tempore ſtudii elapſo & non prius facere teneantur, prelatis autem illud duntaxat predictam licentiam dare volumus qui ſibi etiam habito teſtimonio aliquarum gravium perſonarum maxime de eccleſia idonei & habiles ad ſtudendum videantur, capitula autem que contra hanc ſalubrem ordinationem venire preſumpſerint in eo quod ipſis ſtudentibus abſtulerint eisdem volumus eſſe obligata.

In eadem civitate ſeu oppido unus duas pingues prebendas habere non debet.

XXX. Cum ex multiplicatione perſonarum cultus augeatur divinus ſtatuimus ut de cetero nullus

Ius Canonicus ſive in dignitate conſtitutus in eccleſia majori vel aliqua ex collegiatis civitatis & dioceſis colonienſis poſſit in alia ejusdem civitatis aſſequi canonicatum & prebendam ſive dignitatem niſi primam dimittat aut niſi contingat quem habere dignitatem ſeu prebendam vel dignitatem cum prebenda in una eccleſia ita exiles & tenues quod commode juxta decentiam ſtatus ſui ex inde non poſſet ſuſtentari, & niſi fuerint Magiſtri, Baccalarei formati in ſacra pagina aut Doctores ſeu Licentiati in altero jurium, quibus caſibus permittimus in duabus tantum ejusdem civitatis eccleſiis eſſe beneficiatos.

De Convocando Capitulo & expediendis debite negotiis.

XXXI. Ut negotia eccleſiaſtica cum majori deliberatione tractentur dolo & fraude ſemotis ſtatuimus quod quando aliquid in capitulo tractandum vel deliberandum eſt is ad quem ſpectat convocare capitulum omnes canonicos capitulares reſidentes per nuncium vocari faciat in domibus habitationum eorum ad certam determinatamque horam, quam hora adveniente pulſari faciat campanam ad hoc deputandam que audiri ſaltem infra immunitatem poſſit, convenientibus autem canonicis capitularibus in loco capitulari res que expedienda eſt diligenter coram omnibus proponatur & unus quisque ſecundum Deum & utilitatem eccleſie votum ad judicium ſuum libere exprimat & cum omnia bene diſcuſſa fuerint id quod a majori & ſaniori parte capituli fuerit concluſum ratum &

firmum habeatur aliorum contradictione minime obſtante factumque a toto capitulo cenſeatur taliterque a majori parte deliberatum executioni demandetur quam executionem quicunque canonicorum impedierit aut impediri fecerit directe vel indirecte voce & emolumentis capituli nec non proventibus beneficii quod in eccleſia obtinet per unum menſem decernimus eſſe privatum non obſtante quavis conſuetudine vel ſtatuto illis preſcripto quod in gratioſis minor pars diſpoſitionem reliquorum poſſit impedire, in quibuscunque enim negotiis ad eccleſiam ſive capitulum provenientibus, ac canonicos ut ad collegium majorem & ſaniorem partem capituli volumus ſecundum juris communis diſpoſitionem prevalere.

De ſigillo quatuor clavibus cuſtodiendo.

XXXII. Et ut omnia cum puritate & equalitate procedant ſtatuimus & mandamus quatenus infra menſem a die publicationis preſentium conſtitutionum & notitie earundem ſigillum capituli tam majoris quam aliarum civitatis & dioceſis colonienſis eccleſiarum ſub quatuor diverſis clavibus in aliquo loco tuto cuſtodiendum reponatur, quarum Clavium unam Decanus, aliam antiquior in canonicatu qui ſacerdotalem tertiam qui Diaconalem & quartam qui ſubdiaconalem prebendas obtinent tenere debeant, & cum aliquem illorum abeſſe contigerit alteri canonico ſeniori poſt eum clavem ſuam usque ad ejus reditum cuſtodiendam committat, ſimiliter mandamus ut infra predictum

tempus

Digitized by Google

tempus privilegia, jura inſtrumenta ſeu quevis munimenta ad eccleſiam pertinentia in aliquo loco bene tuto & munito diligenter recondantur ſub quatuor clavibus canonicis ſecundum predictum modum aſſignandis ſub pena ſuſpenſionis a divinis officiis ſi quis predicta facere recuſtaverit, & in eccleſiis ubi ſunt moniales ſimul & canonici prebendati mandamus ſub pena ſimili ut ſaltem una de clavibus ſigilli & aliarum rerum ad capitulum vel conventum pertinentium ipſis canonicis aſſignetur uni ex ipſis committenda per reliquos aut majorem partem, Predictos autem in aſſignatione clavium ſigilli eis facienda jurare volumus quod nihil ſigillabunt quod ſaltem per majorem partem capituli non fuerit concluſum.

De rebus eccleſie non alienandis.

XXXIII. Quoniam in noſtra viſitatione in nonnullis eccleſiis comperimus bona tam mobilia quam immobilia ad ipſas pertinentia & indebite alienata diſtracta ſive impignorata etiam ſine auctoritate Ordinarii ac juſta & legitima cauſa ſtatuimus & ordinamus ut nulla bona tam mobilia quam immobilia eccleſiarum quovis modo alienentur diſtrahantur ſive impignorentur niſi debito precedenti tractatu ipſorum capitulorum conſenſuque majoris aut ſanioris partis capituli & cauſa rationabili ſubſiſtente & auctoritate ordinarii ſolempniter interpoſita, alioqui contrafacientes ſi capitula fuerint eorum eccleſias ſubiicimus interdicto, ſi ſingulares canonici a divinis ſuſpendimus officiis usque

hujus-

Digitized by Google

hujusmodi bona ad jus & proprietatem ſuarum eccleſiarum cum omni indemnitate reduxerunt.

Res eccleſie ab aliquo occupatas reſtituendas eſſe.

XXXIV. Quicunque prelatus, canonicus vicarius ſeu beneficiatus quarumcunque eccleſiarum civitatis & dioceſis Colonienſis detinens aut poſſidens pecuniam libros ornamenta aurum vel argentum regiſtra & munimenta ſeu quamcunque rem mobilem ſeu immobilem ad eccleſiam ſuam pertinentem ſeu pertinentia ſine ſcitu aut contra voluntatem capituli ſui infra menſem a tempore publicationis preſentium & notitie eorundem plene & cum effectu eccleſie ſue non reſtituerit, penam excommunicationis ipſo facto incurrat aut ſi non poſſet juſta cauſa reſtituere, intimet tam cauſam impedientem reſtitutionem quam alias circumſtantias Decano & Capitulo ſue Eccleſie.

XXXV. Ut domus & alie poſſeſſiones eccleſiarum in debita ſtructura & cultura teneantur mandamus Decanis & capitulis ſingularum eccleſiarum civitatis & dioceſis Colonienſis ſub pena ſuſpenſionis a divinis officiis quatenus infra duos menſes a tempore publicationis preſentium conſtitutionum & noticie earundem duos de canonicis ad hoc magis idoneas eligere debeat per annum vel majus tempus ad arbitrium ipſorum capitulorum qui viſitare debeant omni anno domos capitulares ſive canonicales & alias eccleſiarum poſſeſſiones ſi in debita teneantur ſtructura & cultura nec non ornamenta

Digitized by Google

ta privilegia & alias res mobiles ecclesiarum si in debita diligentia conserventur & si quos defectus circa predicta compareant predictis Decanis & capitulis nuntient ut de oportuno possint remedio providere specialiter mandantes Decanis & capitulis supradictis ut si canonicorum aut aliorum clericorum domus seu curia de ecclesia labi in ruinam vel destructionem videatur, nec ipsi quorum predicte domus sunt cum possint reedificare curent de fructibus beneficiorum suorum predictas domos debeant reparare.

XXXVI. Sub eadem etiam suspensionis pena mandamus predictis Decanis & capitulis singularum ecclesiarum ut infra predictum duorum mensium terminum confici faciant duos libros sive registra auctentica in quibus ad futuram rei memoriam omnia bona ipsarum ecclesiarum tam mobilia quam immobilia cum debitis circumstantiis conscribantur, quorum librorum inter alia ecclesiarum privilegia & instrumenta unus diligenter reponatur, alter Rmo Dño Archiepiscopo moderno aut ejus officiali consignetur.

De clavibus ad cistas habendis & in absentia aliis committendis.

XXXVII. Similiter juxta quandam ordinationem predicti bone memorie *Friderici* Archi Episcopi Colonienſis mandamus predictis Decanis ut capitulis sub predicta suspensionis pena ut infra prefatum duorum mensium spatium procurent expensis vicariorum & altaristarum aliquam bonam

&

& convenientem ciſtam que duas habeat ſeras & duas claves diverſas quarum unam ſenior canonicus presbiter juxta ſui introitus ordinem & aliam pari modo ſenior vicarius ſeu altariſta reſidens fideliter cuſtodiant & conſervent & cum unum illorum abeſſe contigerit alteri ſeniori poſt eum clavem ſuam usque ad ejus reditum cuſtodiendam committat, ad quam quidem ciſtam quilibet vicarius ſeu altariſta unius cujusque eccleſie univerſas litteras ad ſuam vicariam ſeu altare ſpectantes ſimul in aliquo ſcrineo incluſas reponere teneatur copiis ipſarum litterarum apud ſe retentis ita quod quandocunque aliquis hujusmodi vicariorum ſeu altariſtarum litteris ſuis originalibus in judicio vel extra indiguerit ad dictam ciſtam valeat habere recurſum, quicunque vero vicarius ſeu altariſta ſine cauſa legitima contra premiſſa vel eorum aliquid ſe oppoſuerit volumus illum tamdiu a perceptione fructuum ſue vicarie ſeu altaris manere ſuſpenſum donec ea quatenus ipſum concernunt, effectualiter curaverit adimplere.

De pena pecuniaria per Prepoſitum irroganda ad pios uſus convertenda.

XXXVIII. Cum pene pecuniarie que in judiciis exiguntur in pios uſus erogari debeant ſtatuimus ut omnes Prepoſiti & habentes archidiaconalem jurisdictionem penas pecuniarias quas infligunt pro delictis & exceſſibus in utilitatem eccleſiarum quarum ſunt prepoſiti vel Archidiaconi ad pios uſus ſub pena dupli convertant, penas autem exactas

exactas & in quos pios usus converterint volumus dictos prepositos sive archidiaconos debere saltem semel in anno in scriptis & per juramentum Decanis & Capitulis suarum ecclesiarum tradere, que si non fecerint predictos prepositos sive archidiaconos a divinis officiis & fructibus suarum prepositurarum sive archidiaconatuum & beneficiorum que in ipsis ecclesiis obtinent in utilitatem ipsarum ecclesiarum convertendis decernimus esse suspensos quibus Prepositis & Archidiaconis districte mandamus, ne pecuniarum penas nisi pro magnis & notabilibus excessibus audeant imponere sed solum penitentias salutares & competentes.

De licentia abessendi pro pecunia concessa a Prepositis.

XXXIX. Sub eadem pena mandamus predictis Prepositis & habentibus archidiaconalem jurisdictionem & quibuscunque aliis quibus hoc competit ne aliquibus licentiam dando a suis beneficiis abessendi aut in eisdem loco absentium officiandi pecuniam seu quidquam audeant exigere sed hujusmodi licentiam nonnisi ex justa causa & rationabili concedent.

De Notariis & sigillatoribus.

XL. Nolumus notarios aut sigilliferos predictorum Prepositorum archidiaconorum aut aliorum officialium ecclesiasticorum in eorum judiciis aut officiis deputari nisi sint clerici non conjugati bone & honeste persone a quibus volumus juramentum

mentum recipi quod nullam ſigillabunt ſcripturam niſi de mandato ipſorum prepoſitorum & archidiaconorum aut eorum officialium & quod neminem indebite aut injuſte exactionabunt.

De interdicto non ponendo prohibitio.

XLI. Cum interdicta in locis & univerſitatibus imponi non debeant niſi pro exceſſibus ipſius univerſitatis vel majoris partis aut preſidentium in eadem non autem ſingularium perſonarum ſtatuimus ut pro aliquo exceſſu ſingularis perſone ipſa univerſitas interdicto ſubjici non poſſit niſi ipſa univerſitas vel officiales ipſius poſt debitam inquiſitionem de emenda facienda hujusmodi reum vel delinquentem in ſuo ſubſtineant territorio vel cum poſſint ad emendam faciendam non compellant. Prohibemus etiam ſecundum extrav. que incipit *provide attendentes* pro debito pecuniario locum ſeu univerſitatem ſubiici interdicto, contrarium autem facientes ipſo facto excommunicationi ſubiicimus a qua non poſſint prout etiam nec debent abſolvi niſi prius ſatisfecerint de injuria & damnis & intereſſe ipſius loci aut univerſitatis interdicte non obſtante quavis conſuetudine vel ſtatuto in contrarium facientibus quibus expreſſe per preſentes volumus derogari.

Beneficia ſimoniace non eſſe nominanda & conferenda.

XLII. Quia ſacri canones ad comparationem ſimonie pro nihilo reputant & heretice aſſimilant pravi-

pravitati & quod dolenter referimus hujusmodi labes cum a nemine puniatur quotidie vehementius creſcit, mandamus ſub pena excommunicationis quam transgreſſores eo facto incurrant, ut nullus cujuscunque ſtatus Gradus aut dignitatis exiſtat ſacros ordines aut quevis alia ſacramenta eccleſiaſtica conferendo ſive pro quorumcunque beneficiorum aut officiorum eccleſiaſticorum collatione & electione ſive preſentatione aut inveſtitura ad eadem ſive etiam pro interponente auctoritatem permutationibus dictorum beneficiorum & officiorum pecuniam, rem aliquam ſeu promiſſionem preſumat exigere.

Moniales non debent cum monachis in eorum monaſteriis convivari.

XLIII. Reprobamus abuſum illum ex quacunque cauſa proceſſit tanquam contra honeſtatem monaſticam & religioſorum ordinum inſtituta ut canoniſſe ſeculares ſive moniales cujuscunque ordinis infra ſepta monaſterii monachorum ibidem ad prandium vel ad convivium certa die anni per ipſos monachos recipi debeant eosdem abſolventes a quocunque obligationis vinculo quo ad id fuerint quoque modo aſtricti.

Irritatio ſtatutorum quorumcunque in derogationes eccleſiaſtice libertatis edita.

XLIV. Quecunque ſtatuta ordinationes aut conſuetudines quarumcunque perſonarum cujuscunque ſtatus gradus aut dignitatis exiſtant in ci-

vitate & dioceſi Colonienſi in derogationem libertatis eccleſiaſtice edita & editas illa & illas preſertim in quibus cavetur ut perſonis eccleſiaſticis poſſeſſionem aliquam ſeu rem immobilem in civitate & dioceſi predictis emere aut acquirere non liceat nullius decernimus eſſe roboris vel momenti, & niſi infra duos menſes a tempore publicationis preſentium & notitie earundem dicte perſone hujusmodi ſtatuta ordinationes & conſuetudines juſſerint ceſſari & amoveri excommunicatas eſſe decernimus ſecundum juris communis diſpoſitionem.

Caſſatio pactionum & promiſſionum in electionibus prelatorum intervenientium cum oportuna abſolutione.

XLV. Cum ſacris canonibus inhibitum ſit in aſſumptione prelatorum pactiones aut conventiones illicitas intervenire corruptelam illam in nonnullis eccleſiis civitatis & dioceſis Colon. aliquando ſervatam videlicet ut cum earundem eccleſiarum canonici ſive capitula ad electionem prelatorum ſive prelatarum procedunt antequam eos vel eas eligant aut poſtquam elegerunt antequam ipſarum eccleſiarum poſſeſſionem & adminiſtrationem adipiſcantur ab eis juramenta & promiſſiones exigunt etiam indebitas & injuſtas atque in prejudicium eccleſiarum ſive menſarum ſuarum nec non quevis ſtatuta etiam juramento vallata quibus ad exactionem hujusmodi juratorum & promiſſionum provenitur preſenti conſtitutione caſſamus & abolemus a quibus juramentis & promiſſionibus indebitis

tis & illicitis ecclesiisque aut mensis predictorum prelatorum & prelatarum prejudicialibus quas & que in assumptione eorum & earum quivis prelati & prelate cujuscunque status gradus aut dignitatis existant prestiterunt absolvimus & ab eorum earumque observatione penitus eximimus & liberamus statuentes & mandantes ut deinceps ad electionem dictorum prelatorum & prelatarum pure sine ulla conditione aut pactione debere procedi nec etiam in ipsa ecclesiarum possessionis & administrationis adeptione sive per viam electionis sive provisionis apostolice fuerint promoti vel promote pactionem aut conventionem exigi seu extorqueri debere alioqui tam exigentes quam electum sive provisum prestantem ultra alias penas juris sive excommunicationis subjacere decernimus.

De requisitis ad rectorem parrochialis ecclesie.

XLVI. Ut curam animarum habentes non ignorent quid ad suum pertineat officium & quomodo plebes sibi commissas in viam salutis dirigere valeant mandamus omnibus & singulis curam animarum per civitatem & diocesin colonien̄sem habentibus & presertim parrochialium ecclesiarum rectoribus in virtute sancte obedientie & sub pena suspensionis a divinis officiis ut infra mensem a die publicationis presentium & notitie earundem quasdam laudabiles constitutiones bo: me: syfridi Archiepiscopi colonien̄sis sub titulo qualiter clerici & maxime sacerdotes populum seu plebem regentes in administratione sacramentorum se habere de-

beant transſcribant & transſcribi faciant & ipſas apud ſe retineant ut ex earum lectione ſufficienter inſtrui poſſint & in ipſorum ſacramentorum adminiſtratione & ſolempnitatibus circa ea ſervandis nullus defectus ſive negligentia committatur de qua transſumptione Officiali Colonienſi fidem facere infra predictum tempus teneantur, mandantes ſub eadem pena omnibus cujuscunque ſtatus & conditionis exiſtant ad quos collatio ſeu confirmatio aut alia quevis proviſio & diſpoſitio predictarum ecclesiarum pertinet ut nullum deinceps ad curam animarum admittant niſi diligenti examinatione premiſſa idoneus ad predictam curam & ſufficienter de predictis conſtitutionibus de ſacramentis adminiſtrandis que etiam apud ſe habere teneatur inſtructus fuerit repertus, & quia in noſtra viſitatione comperimus nonnullos parrochialium eccleſiarum rectores a ſuis eccleſiis irrationabiliter abeſſe mandamus eisdem ut infra ſex menſes a die publicationis preſentium ad ſuas eccleſias ibidem prout convenit reſidendo reverti debeant alioquin ipſos taliter abſentes hujusmodi eccleſiis decernimus eſſe privatos.

De religioſis propria habentibus & alia.

XLVII. Cum tam in monaſteriis monachorum quam monialium civitatis & dioceſis Colon. proh dolor invenerimus normam religionis & honeſtatis monaſtice quaſi penitus eſſe collapſam & predictos monachos & moniales domos proprias annuos reditus ſive cenſus & alia nonnulla propria de facto poſſi-

poſſidere contra cujuslibet religionis inſtitutionem cui ſicut votum caſtitatis ita & abdicationis proprietatis annexum exiſtit ipſos que & ipſas habitum proprie religionis minime deferre nec non ſepta monaſteriorum ſuorum ipſis ſine cauſa exire volentibus aliisque intrare non debentibus continue patere quod in gravem Dei offenſam periculum animarum ſuarum religionis opprobrium & ſcandalum plurimorum redundat, ideo nos tam deteſtabili malo providere volentes ſub pena excommunicationis late ſententie mandamus ut infra decem dies a publicatione preſentium & notitia earundem quilibet monachus & monialis quecunque bona tam mobilia quam immobilia poſidens eis in manibus ſuorum prelatorum & prelatarum renuntient & reſignent in futurum ab omni penitus proprietate abſolventes, volumus etiam ut in uno omnes comedant refectorio ex communi coquina & cellario in uno ſimiliter dormiant dormitorio niſi quos cauſa rationabilis de voluntate ſui ſuperioris excuſaverit, predictis etiam ſub eadem pena mandantes ut tam intra monaſteria quam extra habitum ſue religionis temere non deponant nec extra ſepta ſuorum monaſteriorum exire ad extraneas perſonas intus admittere niſi de mandato vel licentia ſuorum ſuperiorum quovis modo preſumant, precipimus inſuper ſub eadem pena ipſis prelatis & prelatabus ut infra predictos dies ſuos monachos & moniales moneant & requirant ut omni proprietati in ſuis manibus cum effectu renuntient & alia ſupradicta & que in regulis ſuarum

religionum continentur obſervent eosdem & eas-dem ſi opus ſit etiam per incarcerationem & alia juris remedia ad predicta compellendo ſpecialiter eisdem injungentes ut ſepta ſuorum monaſteriorum ſub debita teneant clauſura & quia propter deſſuetudinem expreſſe profeſſionis in nonnullis monaſteriis hucusque non facte multa ſcandala & abuſus contigerunt volumus & in virtute ſancte obedientie predictis prelatis & prelatabus mandamus ut monachos & moniales de cetero ingredientes cum debite fuerint etatis quatuordecim videlicet annorum in viro duodecim in muliere & in complemento anni probationis moneant & requirant ut ſolemnem faciant profeſſionem promittendo expreſſe tria ſubſtantialia religionis videlicet continentiam & abdicationem proprietatis & obedientiam ſecundum regulam ſue religionis, quam profeſſionem ſi facere noluerint ſtatim de monaſterio tanquam inobedientes expellantur, ne autem que ſpeciali nota digna ſunt tacite negligi videantur, ideo nos ſalutem omnium affectantes cum pridem invenimus ſtatum monaſticum ſecundum regulam beati *Benedicti* in monaſterio ſancte *Marie in Capitolio* Colonie fore inſtitutum tam per litteras Romanorum Pontificum quam Colonienſium Archi Epiſcoporum & alia munimenta repertas & reperta in ſcriniis ſacriſtie predicti monaſterii ſancte *Marie* & preſertim per quoddam privilegium felicis recordationis *Gregorii* Pape decimi omni ſuſpicione carens & ſecundum morem curie Romane bullatum & cum ſubſcriptione multorum

tunc

tunc ſancte Romane eccleſie Cardinalium Datum *Lugduni* IIII. Kal. Aprilis indictione tertia Incarnationis Dominice anno M°CC°LXXX° Pontificatus ejusdem anno quarto, in quo quidem privilegio predictus Dominus *Gregorius* Abbatiſſam & ſorores dicti monaſterii regularem vitam profeſſas nominans ſtatuit expreſſe ſub hiis verbis, ut ordo monaſticus qui ſecundum Deum & beati *Benedicti* regulam in dicto monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur, volens ut abbatiſſa ſecundum regulam *S. Benedicti* eligatur & quod moniales poſt profeſſionem ibidem factam ad aliud monaſterium niſi arccioris vite non admittantur, ſtatuimus & ordinamus premiſſa omnia & ſingula in preſenti noſtra conſtitutione de monachis & monialibus ibidem preſentibus & futuris locum ſibi de cetero vendicare.

De veſtibus & tonſura clericali.

XLVIII. Veſtium indecentium abuſus clericos non ſolum contemptibiles reddit, ſed ſcandalum & malum exemplum parit in populo ideo mandamus ut in eccleſiis eorum & per civitates & oppida veſtes longas & decentes & a lateribus & ante retroque convenienter clauſas ferre debeant non ſericeas ab extra non variatas non diviſas ſeu calleatas nec deſuper ab extra cum replicaturis foderatas manicis autem ſtrictis & alias decentibus ſtatum clericalem utantur. Non ferant calceos ſeu ſotulares virides aut rubeos aut inhoneſtos & indecentes nec

consutitios extra talum. Itinerantibus autem ex causa brevioribus vestibus uti liceat, coronam autem & tonsuram non capellis coopertam ut nonnulli faciunt sed suo statui & dignitati convenientem deferant, transgressores autem in aliquo premissorum a distributionibus & corporibus prebendarum & beneficiorum per unum mensem irremissibiliter vel plures ad arbitrium Decanorum suarum ecclesiarum vel eorum locatenentium suspensionem decernimus.

De Armis per clericos non portantis.

XLIX. Nullus clericorum in ecclesiis & per civitates & oppida cultellos longos aut dagas seu peras in aperto ad Catus portet nisi forte equitare contigerit sub pena proxime supradicta extra autem civitatem armati in loricis aut aliis armis non incedant nisi hoc facerent in defensionem ecclesie sue habita a suo superiori licentia vel contigerit ipsos per loco suspecta incedere sub pena simili.

Diffidationes clericis prohibitas.

L. Clerici nullam ecclesiasticam seu secularem personam more hostili diffident nec in guerris aut ad stipendium alicujus vel in incendiis villarum aut domorum se reperiant nec hasti ludant, nec torniamenta intrent sub pena privationis beneficiorum suorum quam ipso facto incurrant.

Choreas

Digitized by Google

Choreas & luſum alearum clericis prohibet.

LI. Clerici publice choriſantes aut ludentes ad aleas vel taxillos ſint ipſo facto excommunicati, intereſſentes autem hujusmodi publicis coreis aut ſpectaculis & ludo taxillarum & alearum corrigantur ad arbitrium ſuorum Decanorum vel officialis ſi ſub Decanis non fuerint.

Contra Concubinarios.

LII. Omnibus clericis civitatis & dioceſis colonienſis mandamus ſub pena excummunicationis quam ipſo facto contra facientes incurrant ut ſtatim poſt harum conſtitutionem publicationem & notitiam earundem habentes concubinas ancillas juvenes aut mulieres ſuſpectas eas a ſe omnino licentient nunquam eas repetituri, & qui in futurum reperti fuerint predictas mulieres in ſua cohabitatione tenere omnibus proventibus ſuorum beneficiorum ipſo facto per ſpatium unius anni priventur, ſi tamen moniti non deſtiterint poſt primam monitionem ipſo facto ſuis beneficiis ſint privati.

Haſtiludia, torniamenta, Choree publice & alia ſpectacula Clericis prohibentur.

LIII. Canonicabus ſecularibus civitatis & dioceſis Colonienſis in virtute ſancte obedientie & ſub excommunicationis pena quam contra facientes ipſo facto incurrant diſtricte mandamus ne haſtiludiis, torniamentis, coreis publicis aliisque ſpectaculis interſint ſeu cum viris aut mulieribus tripudient aut chorizent aut in publicum in habitu ſtatum ip-

Digitized by Google

forum minime decenti temere procedant ſub eademque pena Abbatiſſis Magiſtratibus ſeu prioriſtis & Prepoſitiſſis earum mandamus ne predictas Canonicas ad predicta ſpectacula & coreas accedere permittant ipſasque ſine juſta & rationabili cauſa nullo modo extra monaſterium ſive immunitates eccleſiarum ſuarum exire patiantur & cauſa predicta ſubſiſtente ſive honeſta & decenti Societate, mandamus etiam predictis canonicabus nec non monialibus quibuscunque in virtute ſancte obedientie ne reliquias ſanctorum in ſuis eccleſiis exiſtentes publice monſtrare preſumant ſed eas per clericos & religioſos viros ſuarum eccleſiarum cum debita reverentia oſtendi permittant.

De fructibus fabrice in alienos uſus non convertendis.

LIV. Omnibus fabricarum proviſoribus ſive majoris ſive aliarum eccleſiarum Civitatis & dioceſis Colonienſis in virtute ſancte obedientie mandamus ne pecunias ſive res ad fabricas eccleſiarum deputatas in aliquos indebitos uſus convertant aut cuicunque perſone cujuscunque ſtatus aut conditionis exiſtat ſive in pecuniis ſive in aliis rebus quidquam de hiis que pertinent ad dictas fabricas largiri aut donare preſumant non obſtante aliqua conſuetudine in contrarium quam penitus reprobamus alioquin ad tantundem de ſuo fabrice reſtituendum volumus eſſe obligatos.

Temporalium rerum bene gerendarum proviſio.

LV. Circa bona temporalia ſine quibus ſpiritualia diutius ſubſiſtere nequeunt in quorum diſpoſi-

ſpoſitione & adminiſtratione plures defectus commiſſos eſſe reperimus & primo circa locationem venditionem ſeu aſſignationem poſſeſſionum obedientiarum curtium domorum grangiarum & ſimilium rerum faciendam nec non ſolutiones penſionum in temporibus debitis ratione dictarum obedientiarum ac rerum ac etiam circa aſſignationem nominum illorum qui ſolvere neglexerint & penam eorundem precipimus tam in majori quam reliquis eccleſiis civitatis & dioceſis Colonienſis ubi ſimilis eſt conſuetudo hujusmodi obedientias & predictas res committendi ſeu locandi quasdam laudabiles conſtitutiones bo. me. *Friderici* Archi - Epiſcopi Colon. deſuper editas etiam auctoritate Apoſtolica innovatas & confirmatas inviolabiliter ſub penis in ipſis contentis obſervari & ſpecialiter conſuetudinem illam abolentes in quibuscunque vigentem eccleſiis qua hactenus obſervatum eſt ut predicte obediente propter poſſeſſiones locari vendi vel concedi prelatis eccleſiarum non poſſint volumus dictos prelatos ejusdem eſſe conditionis cum aliis concanonicis & ſecum per omnia ut infra ſcriptum eſt obſervari quarum conſtitutionum tenor ſequitur & eſt talis. Preterea ſtatuimus & volumus & tenore preſentium ordinamus quod deinceps ob neceſſitatem utilitatem commoditatem ſeu aliam rationabilem & legitimam cauſam eccleſie & capituli predictorum poſſeſſionum obedientiarum curtium decimarum grangiarum domorum bonorum reddituum ſeu jurium vel rerum quarumcunque immobilium unius ſeu plurium quocunque nomine cenſeatur

ſeatur & ad ipſam eccleſiam nunc & in antea & in futurum ſpectantium & pertinentium, venditio locatio ad firmam vel in emphiteuſim datio ſeu commiſſio in perpetuum vel ad certum tempus pro annua penſione conceſſio vel alias alienatio imminet facienda, hujusmodi venditio conceſſio commiſſio datio vel locatio ſeu alienatio quocunque nomine cenſeri poſſit ultra formam juris & alias de conſuetudine ſervari debitam & conſuetam fiat & peragatur ac de conſenſu omnium capitularium totiusque vel majoris partis capituli ejusdem matura deliberatione & tractatibus & termini certi prefixione ac debita licitatione premiſſis ac alias legitime detur ſeu concedatur ipſa res ſit alienanda vel committenda plus de penſione ſeu pretio cum ſufficienti cautione offerenti ſive hujusmodi offerens de gremio ipſius capituli ſit vel aliunde ſuperveniens eo tamen ſalvo quod ceteris paribus videlicet in oblatione precii ſeu penſione capitularis non capitulari & ſenior capitularis in prebenda juniori preferatur & aliter vel alio modo contractus hujusmodi quocumque nomine cenſeantur factus ſeu celebratus ſit ipſo jure nullus & invalidus conſuetudine vel obſervantia contraria quacumque non obſtante & ultra hoc circa vel contra prefatos modum & formam aliter ſeu alio modo alienantes concedentes ſeu committentes ac etiam recipientes ipſo facto ſententie excommunicationis ſubjaceant quam in hiis ſcriptis in eosdem & quemlibet eorum ferimus & promulgamus. Item quia in dicta viſitatione manifeſte comperimus nonnullos

ex

ex canonicis ecclesie nostre predicte qui rerum bonorum possessionum curtium decimarum domorum & obedientiarum quas sub annuis pensionibus inde solvendis a dicto capitulo ad firmam seu quovis titulo receperint & per retroacta tempora non modica tenuerint & de presenti tenent in solutione pensionum suarum hactenus nimium fuerunt ac de presenti existunt remissi & negligentes penas non leves sicut utique valde formidabiles in quodam statuto capitulari super solutionibus hujusmodi pensionum dudum editum comprehensas parvipendentes propter que sine dubio prout cotidiana testatur experientia ecclesia nostra Colonienſis supradicta in divino cultu quo ceteris civitatis & diocesis nostrarum ecclesiis tanquam caput prefulgere merito deberet & consuevit destabiliter est diminuta & miserabiliter destituta nec non in bonis temporalibus etiam ea propter intollerabilibus damnis & dispendiis afflicta & ut veri similiter tenendum est in futurum nisi celerius provideatur passura est graviora, quibus quidem salubriter occurrere intendentes prefatum statutum Capitulare dudum videlicet sub anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo tertio feria quarta post Dominicam qua cantatur in ecclesia Dei pro officio missę, *Oculi mei.* per capitulum Colonienſe auctoritate voluntate & consensu bo. me. Domini *Henrici* Archi Episcopi Colonienſis predecessoris nostri super prefatis solutionibus pensionum reddituum & affictuum capitulo antedicto ratione possessionum curtium decimarum & aliorum bonorum tunc debitorum

bitorum & in futurum debendorum provida & matura deliberatione previa factum & ordinatum ac etiam per ſingulares canonicos ejusdem eccleſie capitulariter juramentis per eos corporaliter preſtitis firmatum in omnibus ſuis punctis & clauſulis & per omnia preſentibus innovamus mandantes & precipientes eisdem canonicis & perſonis in & ſub dicto ſtatuto comprehenſis quam ipſi tam preſentes quam futuri cujuscunque ſtatus Gradus ſeu conditionis exiſtant penſiones ab eis debitas in terminis in dicto ſtatuto expreſſis ſine dilatione qualibet ſolvant capitulo antedicto & plenarie curent ſatis facere de eisdem juxta modus & formas in ſtatuto ipſo plenius traditas & expreſſas, alioquin contrarium facientes vel in hoc negligentes ultra penas in ſtatuto ipſo poſitas ab officio & beneficio & ab ingreſſu eccleſie ſint ſuſpenſi quos & eorum quemlibet preſentis noſtre conſtitutionis tenore ſuſpendimus & ſic ſuſpenſi tam diu maneant quo usque realiter ſolvendo de penſione hujusmodi debite extiterit ſatisfactum. Preterea officiati quicunque dicte eccleſie noſtre pro tempore quibus juxta tenorem dicti ſtatuti incumbit nomina negligentium in ſolutionibus penſionum talium in capitulo in ſcriptis preſentare & preſentari facere dolo fraude prece amore & dilatione quibuscunque ſeclusis ſtudeant & curent cum effectu terminis & temporibus in ipſo ſtatuto prefixis & limitatis, alioquin officiati ipſi videlicet quilibet quantum ipſum contingit in hoc, negligentes vel remiſſi, qui nomina non ſolventium in ſcriptis ut dictum

eſt

eſt non curaverint preſentare ſint & quilibet eorum ſit preſentis conſtitutionis noſtre auctoritate ab officio & beneficio & ab ingreſſu eccleſie ſuſpenſi quo usque preſentationem ſupradictam in ſcriptis & in capitulo duxerint faciendam, quam ſuſpenſionem ſupradicti canonici eccleſie noſtre in ſolutione penſionum negligentes ut dictum eſt aut ipſi officiati aut aliquis eorundem ſi ſuſtinuerint per quindecim dies continuos animo indurato quos quindecim dies tam dictis Canonicis quam Officiatis quibuslibet ſupradictis & cuilibet eorundem pro canonica monitione premiſſa aſſignamus ex tunc ſententiam excommunicationis quam ferimus etiam in hiis ſcriptis ipſo facto incurrant quos nunc prout ex tunc tanquam publice excommunicatos diſtricte precipimus evitari, inhibentes etiam ſub pena ſuſpenſionis conſimili preſentiariis in ipſa eccleſia pro tempore & aliis officiatis ſeu adminiſtratoribus prebendarum ſeu portionum quarumcunque quatenus hujusmodi ſuſpenſione ſeu excommunicatione durante ſic ſuſpenſo ſeu ſuſpenſis pro tempore ſuſpenſionis hujusmodi nihil penitus & omnino diſtribuant vel adminiſtrent. Tenor vero ſtatuti capitularis de quo ſupra fit mentio ſequitur in hunc modum: Univerſis preſentia viſuris ad perpetuam rei memoriam. Nos Capitulum Colonienſe notum eſſe volumus quod cum a longis retro actis temporibus ſicut experientia didicimus aliqui ex noſtris Canonicis pro tempore exiſtentes obedientias curtes ſeu domos à nobis ad firmam ſeu ad penſionem certis

tempo-

temporibus Capitulo ſolvendas hactenus receperunt ad ſolvendas hujusmodi penſiones aliquando propter penarum levitatem, quas ſi non ſolvebant, ſuis temporibus penſiones hujusmodi paſſi ſunt ſe nimis ſollicitos reddiderunt, ita quod propter talium ſubtractionem penſionum Nos & etiam noſtra dampna gravia frequenter ſuſtinuimus & adhuc fructuum & proventuum nobis debitorum defectum non ſine jactura maxima ſuſtinemus, cui morbo competentem volentes adhibere medelam ut de cetero hii qui tales obedientias curtes ſeu domos ad firmam pro penſione annua a nobis receperunt ſaltem pene formidine ad ſolutionem faciendam plenariam arceantur de conſenſu Reverendi in Chriſto Patris & Domini noſtri Dni *Henrici* Archi-Epiſcopi Colonienſis communi deliberatione & conſilio prehabitis prefixo hoc die ad infra ſcripta, & nihilominus perſonum campane ſicut moris eſt Capitulo preſentibus nobis *Gerhardo de Limpburg Gerardo de Erenberg Friderico de Helffenſtein Waltero de Vtlatlar* Diaconis *Gotfrido de Wenelkoven Gerardo de Bilſtein johanne de Lynepe Syfrido de Rennenberg* ſubdiaconis *Henrico de Monregal Rolando de templo johanne* Cantore *johanne de Culpeto johanne de Tintio johanne de Wenelkom & Gotfrido de ſancto Cuniberto* presbiteris Canonicis Colon: & Capitulum facientibus de communi omnium noſtrum & ſingulorum voluntate & conſenſu expreſſo nomine capituli & eccleſie noſtre aç ordinatione in perpetuum valitura ordinamus & ſtatuimus ut cuicunque ex noſtris canonicis ex nunc in antea aliqua obedientia

curtis

curtis seu domus claustralis aut alia quecunque res ad firmam seu pro certa pensione perpetuo seu temporaliter fuerint concedenda & ipse canonicus talem obedientiam curtem seu domum vel rem duxerit sic à nobis recipiendam pensionis de qua inter nos & ipsum convenerit solvet medietatem bidelis si consistat in tritico siligine vel avena aut pecunia numerata infra festum beati *Martini* hiemalis, si vero in vino consistat in festo beati *Andree*, reliquam vero medietatem sive sit in tritico siligine vel avena pecunia vel vino ante festum Epiphanie Domini anno quolibet sine diminutione aliqua nobis persolvat, quod si non fecerit & in solutione talis pensionis in parte vel in toto negligens fuerit, si videlicet in pensione que erit in tritico siligine vel avena seu pecunia medietatem in festo sancti *Martini* aut que consistit in vino in festo S. *Andree* predictis totaliter non solverit ex tunc sine monitione aut requisitione alicujus aut sine aliqua sententia capitulari seu cujuscunque judicis vel hominis aut deliberatione exspectanda eo ipso omnes fructus prebende sue cum quottidianis suis distributionibus grossis solum quottidianis distributionibus qui choro dari consueverunt exceptis current in penam vobisque cedent quousque in hac pensione totaliter fuerit satisfactum, in qua contumacia non persolvendi si perstiterit ad mensem post crastinum sancti Martini videlicet ille cujus pensio in tritico siligine avena seu pecunia, ille vero cujus in vino per se solvenda fuerit post crastinum beati *Andree* predicti ex tunc similiter eo ipso sine sententia ca-

pitulari aut alicujus hominis seu judicis expectatione talis obedientia curtis domus seu res vacabit nobis ita quod ipsam obedientiam curtem domum seu rem aliis concedere & locare prout nobis placuerit, poterimus & debebimus nulla ipsi negligenti contradictione supplicatione seu gratia suffragatura nec ipsum capitulum & super hoc gratiam facere poterit seu debebit fructibus & quotidianis distributionibus prebende sue non eo minus carentibus ut dictum est quousque de hujusmodi medietate fuerit per ipsum totaliter satisfactum, similiter hiis qui in secunde medietatis solutionis termino videlicet in Epiphania Domini sicut supra dictum est non satisfecerit similem penam in fructibus & quotidianis distributionibus nec non in amissione obedientie curtis domus seu rei quam a nobis sub annua pensione tenuerit eo ipso & per omnia sicut de penis & terminis expressum superius patietur. Item ordinamus & statuimus quod si quis casus aut eventus grandinis aut hostilis exercitus incendii vel rapine qui de consuetudine patrie de solutione pensionis excusare censetur evenerit alicui qui obedientiam autem domum seu rem ut dictum est tenuerit hunc casum nobis per se seu certum nuntium infra quindecim postquam talis casus aut eventus acciderit, indicabit aut patefaciet, quod si factum fuerit & compertum hujusmodi contigisse casum & eventum, nos quo ad illum annum in quo talis casus aut eventus acciderit ipsum quietum habebimus contenti solum de hiis que postea percipere poterimus in hoc anno

de

de quibus poſt ſuam indicationem nullatenus quo ad hunc annum ſe intromittet de obedientia curte domo ſeu re quam poſſidet ut dictum eſt annis tamen poſt hunc annum ſequentibus non eo minus ipſi ſecundum ſuam conventionem ceſſuris quam indicationem ſi infra quindenam ut dictum eſt facere non curaverit ex tunc eo ipſo ſe ſciat ad totam penſionem ſecundum omnes modos & conditiones predictas ceſſante ſua contradictione qualibet obligatum ſi vero aliqua generalis ſterelitas que jure generalis & communis ſterelitas poſſit appellari accidit tunc talem obedientiam curtem domum ſeu rem hujusmodi habens per ſe aut per certum ſuum nuntium talis ſterelitatis caſum infra feſtum beate Margarethe nobis intimabit, quod ſi non fecerit receptis fructibus qui ſuper ſunt quo ad hunc annum ſterelitatis in quibus colligendis ille penſionarius nos ullo modo non impediet contentabimur ſicut in caſu proximo expreſſum eſt, & ſi talem intimationem neglexerit ad totam ſolutionem tenebitur ſterelitate aliqua ſibi nullatenus ſubventura ſub modis & conditionibus ſupradictis Item ordinamus & ſtatuimus ut nullus de cetero talem obedientiam domam curtem ſeu rem recipiens infra ſex annos continuos poſtquam receperit reſignare poterit aut debebit nec fraudem aliquam faciet vel procurabit quo minus talem obedientiam curtem domum ſeu rem ſub penſione conventa & ſupradictis modis & conditionibus tenebit. Item ordinamus & ſtatuimus ut de cetero alicui noſtro concanonico prebendato curtem domum ſeu rem

perpetuo si temporaliter concessimus & ipsum talem concanonicum nostrum contigerit ad talem devenire statum quod fructus prebende sue de consuetudine ecclesie nostre sibi aut ecclesie nostre cedere non debebunt & sit ipsum si pensionem debitam non solveret & in sublevatione eorundem fructuum sue prebende ad solutionem artare non possemus ex tunc sive remaneat canonicus sive non talis obedientia curtis domus seu res quam sic a nobis in pensione tenuerit omnium nostrum contradictione allegatione seu supplicatione cujuscunque cessantibus eo ipso vacabit, ita quod ipse sibi nullum jus proprietatis concessionis seu possessionis aut etiam retentionis in hac obedientia curte domo seu re ex tunc eo ipso poterit vendicare quo minus talem obedientiam curtem domum seu rem aliquam alii concedere non poterimus aut alias de ea disponere prout nobis videbitur expedire. Item statuimus volumus & ordinamus ut quicumque officiati nostri pro tempore existentes in predictis temporibus in quibus solutiones pensionum nostrarum predictarum faciendas disponimus vel postea quam cito capitulum habuerimus nobis in scriptis publice nomina eorundem qui in talium pensionum solutionibus suis temporibus fuerint negligentes presentent seu presentari faciant, in quo si ipsi officiati videlicet quilibet quantum ipsum contingit negligentes fuerint vel remissi videlicet quod nomina non solventium ut dictum est non curaverint presentare ex tunc fructus prebende negligentis Officiati tamen quotidianis distributionibus hiis que in choro dantur

dunta-

duntaxat exceptis current in penam eo ipso tam diu quousque nomina non solventium duxerit presentanda. Item si talis officiatus aliquem pensionarium curtis domus seu alterius rei suam pensionem solvisse affirmaverit, quam tamen non solvisse postea compertum fuerit ex tunc ipse officiatus omnino penas similes quas ille qui non solvit foret passurus per omnia patietur ipso pensionario qui non solvit a suis penis ob hoc nullatenus excusato, & volumus & ordinamus quod nullus canonicorum deinceps sibi certam remissionem aut mitigationem aut dissimulationem penarum predictarum si in ipsam aut in aliquam ipsarum inciderit sibi sperat aliquam gratiam a nobis eventuram ymmo expresse ordinamus volumus & statuimus ut circa omnis remissionis mitigationis aut dissimulationis vel gratie cujuscunque effectus presens nostra ordinatio & dispositio seu statutum in omni suo vigore absque dispensatione a nobis seu ab aliquo superiore impetrando & in suo robore permaneat perpetuo duratura ut predicta nostra ordinatio & statutum perpetuum in omni suo vigore prout superius est narratum permaneat inconvulsa nos canonici omnes & singuli pro nobis Capitulo & ecclesia nostra juramus tactis sacrosanctis Ewangeliis corporaliter per nos quod ipsam quoad omnes sui partes pro posse & nosse inviolabiliter firmam & illibatam servabimus & ab aliis quantum in nobis est servari faciemus & contra quoscunque cujuscunque status dignitatis seu conditionis existant qui ipsam totam vel quoad aliquam sui partem quod absit infringe-

Digitized by Google

re molirentur pro totis viribus defendemus volumus etiam & ordinamus ut ſinguli canonici preſentes & futuri de cetero qui adhuc hanc ordinationem & ſtatutum non juraverunt jurent ad ſancta Dei Ewangelia corporaliter per eos tangenda omni modo & forma quibus nos tale preſtitimus juramentum alioquin virtute hujusmodi ordinationis & ſtatuti ſit inhabilis ad recipiendum a nobis aliquam obedientiam curtem domum aut rem ad firmam pro penſione perpetua ſeu temporali nec ſibi aliquam obedientiam curtem domum ſeu rem concedere poterimus aut debemus quousque tale preſtiterit ſub formis debitis juramentum. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum majus preſentibus duximus apponendum rogantes Rmum in Chriſto Patrem & Dnum Dnum *Heinricum* Archi-Epiſcopum Colon: noſtrum predictum ut predictam noſtram ordinationem & ſtatutum de ſuo factum conſenſu confirmare & ex certa ſcientia ſuique appenſione ſigilli dignaretur has litteras roborare. Et nos *Heinricus* Dei gratia ſancte Colonienſis Eccleſie Archi Epiſcopus ſacri Imperii per Italiam Archi Cancellarius attendentes in predicta ordinatione & ſtatuto utilitatem eccleſie noſtre & capituli noſtri utilitatem Colon: pro fructibus & redditibus ad eorum menſam pertinentibus omnimodo dependere ipſa ut fieret conſenſimus ipſamque factam in omni ea forma qua ſuperius eſt expreſſa & ex certa noſtra ſcientia tenore preſentium confirmamus & in eorum teſtimonium has litteras noſtri appenſione ſigilli duximus muniendas. Datum &

Actum

Actum Anno Nativitatis Domini Milleſimo tricenteſimo viceſimo tertio feria quarta qua cantatur *Oculi mei.* Preterea ſtatuimus & ordinamus quod canonici hujusmodi ſeu alii quicunque quibus ratione bonorum poſſeſſionum decimarum curtium ſeu jurium vel quacumque de cauſa incumbit vel in futurum incumbet meringas in pane vel in vino ſeu pecuniis ſeu aliis rebus quibuslibet dare diſtribuere ſeu adminiſtrare quod illas meringas ſine dilatione remiſſione negligentia quacunque ſeu intermiſſione ſingulis temporibus ſolvant diſtribuant & adminiſtrent prout conſuetum eſt ab antiquo & ordinatum excuſatione qualibet ſuper diſtributione hujusmodi non facienda ſemota & ſi forte pretenderetur vel diceretur quod redditus fructus ſeu proventus jam tunc videlicet ſolutionis ſeu diſtributionis tempore percepti vel percipiendi ad hujusmodi integralem diſtributionem non ſufficerent, qua cauſa volumus & ordinamus quod hii vel is cui vel quibus diſtributio hujusmodi incumbit facienda in proximo die Capitulari poſtquam propter hujusmodi defectum ipſas meringas *) cum integ-

 ritate

*) *Meringa* alias *merenda* dicitur, prandium pomeridianum ita in *Codice M. S. Conſuet. Eccleſiae Colonienſis è Bibl. Eccl. Atrebat*: Præpoſito Majori ad Meringam datur unus denarius & albus panis & 1 Stopus vini, Majori Decano &c. cuilibet iſtorum datur Meringa ſicut Majori Præpoſito. Quilibet obedientiarius quando incipit dare Meringam, tunc propinat dominis cum ſextario vini in tribus magnis ciſis & quando terminatur Meringa,

pro

ritate ſupradicta adminiſtrare ceſſaverint in capitulo ipſo quod ad hoc ſpecialiter fieri procurabit plenam relationem inibi faciet de defectu ſupradicto & de diligentia ſua contra non ſolventes fructus ſeu redditus ad hujusmodi meringarum adminiſtrationem ſpectantes per ipſum ſufficienter facta doceat alias de ſuo proprio emendam in uſus ſupradictos a Capitulo tempore rationis ſeu computationis per ipſum faciende univerſa recepturus mutuet ſeu accomodet quod diſtributio predicta integre & ſine diminutione ut ſupradictum eſt fiat, alioquin in premiſſis aut aliquo premiſſorum negligens vel remiſſus ultra penas in ſtatuto capitulari ſupra proxime dicto expreſſas ab officio & beneficio & ab ingreſſu eccleſie ſit preſentis conſtitutionis vigore ſuſpenſus quo usque defectus hujusmodi integraliter & plenarie ſuppleat & reſtauret quia ſuſpenſione durante nihil penitus de fructibus prebende ſeu quotidianis diſtributionibus ſibi adminiſtretur ſub pena ſuſpenſionis conſimilis quam in adminiſtratores prebendarum & preſentiarios qui contra fecerint ferimus in hiis ſcriptis.

In commiſſione officiorum quatuor villarum ſeu locorum videlicet in *Erpell* in *Wornick* in *Gluwell* & in *Bryſchem* ad eccleſiam majorem Colonienſem

propinat Dominis 1 Obedientiarius Majoris Meringæ proxima quinta feria poſt octavam Paſchæ incipit plene dare Meringam cum 1. denario, integro pane & ſtopo vini, & prædicta Meringa plene terminatur usque ad vigiliam *S. Petri ad vincula.*

enſem ſpectantium precipimus per Dominos prelatos & Canonicos ejusdem eccleſie majoris quandam conſtitutionem bo. me. *Friderici* Archi Epiſcopi Colonienſis ſub penis ibidem contentis inviolabiliter obſervari, cujus tenor talis eſt, ſimiliter ex eisdem & aliis rationabilibus cauſis nos moventibus permutationes ſive commiſſiones officiorum quatuor villarum ſeu locorum videlicet in *Erpel* in *Wornick* in *Gluwell* & in *Bryſchem* ad eccleſiam & capitulum noſtrum ſpectantium & pertinentium quibuscunque & per quascunque perſonas ſive in perpetuum ſive ad vitam ſive ad tempus longum vel breve ultra unum annum facte fuerint preſentium tenore tanquam nullas & invalidas de jure & contra tenorem & mentem ſeparationis ante dicte preſumptas & attemptatas quatenus de facto proceſſerunt caſſamus & irritamus & penitus revocamus mandantes omnibus & ſingulis & cuilibet eorum ſingulariter qui de dictis officiis ab aliquo eorundem hactenus ſe intromiſerunt & de preſenti ſe intromittunt, quos etiam tenore preſentium monemus & diſtricte requirimus quatenus infra quindecim dies poſt publicationem preſentium immediate ſequentes dicta officia & quodlibet ipſorum ipſasque vero villas libere & expedite dimittant & ſe de cetero occaſione dictarum pronuntiationum & commiſſionum nullatenus intromittant permittentes ipſa & quodlibet eorundem ad ordinationem & diſpoſitionem ipſius capituli libere reverti alioquin ipſos omnes & ſingulos contrarium facientes & quemlibet ipſorum dicta monitione & quinde-

cim dierum prefixione pro canónica monitione premiſſa in hiis ſcriptis excommunicamus & tanquam excommunicatos publiçe precipimus exitari, Preterea ſtatuimus & ordinamus quod dicta officia villarum de cetero ſingulis annis & ad unum annum tantum & duntaxat ſicut cetera officia annualia ipſius eccleſie perſonis fide dignis & idoneis uni vel pluribus ſive ſint hujusmodi perſone de gremio ſive extranei per capitulum committatur ita quod omnis utilitas & emolumentum obventio ſeu proventus ex ipſis officiis provenientes competenti ſallario officiatorum ſalvo in uſus cedant capituli ante dicti, qui officiati pro tempore teneantur ſicut cetera officia annalia habentes de hujusmodi proventibus & emolumentis ſingulis annis debitum facere computum & rationem decernentes irritum & inane ſi ſecus a quoquam fuerit ordinatum & nihilominus contrarium facientes tam committentes quam recipientes preſentis conſtitutionis auctoritate ab officio & beneficio & ab ingreſſu eccleſie ſint ſuſpenſi, quam ſuſpenſionem ſi per quindecim dies continuos quos pro canonica monitione eisdem & eorum cuilibet aſſignamus ſuſtinuerit ex tunc prout ex nunc ſententia excommunicationis auctoritate predicta ſit & quilibet eorum ſit innodatus quousque officia hujusmodi libere dimittant quos etiam ex tunc tanquam excommunicatos mandamus publice evitari.

Circa vero commiſſionem & deputationem officiorum annalium & circa redditionem rationum & computorum de dictis officiis nec non ſolutionem eorum

eorum ad que officiales capitulis ecclesiarum suarum obligantur precipimus tam in majori quam in aliis civitatis & diocesis Colonienſis ecclesiis constitutiones quasdam bo. me. *Friderici* Archiepiscopi Colonienſis sub penis inibi contentis inviolabiliter observari quarum tenor sequitur & est talis: Preterea in virtute sancte obedientie & sub excommunicationis pena districte precipiendo mandamus omnibus & singulis canonicis ceterisque beneficiatis in nostra majori & in aliis collegiatis nostrarum civitatis & diocesis ecclesiis & eorum cuilibet cujuscunque status dignitatis seu conditionis existant qui in ratione & computu faciendo ratione officiorum sibi hactenus a capitulo suo commissorum ac qui in pensione affictuum reddituum seu pecuniarum summis dicto capitulo sine ratione possessionum curtium decimarum domorum obedientiarum meringarum bonorum reddituum jurium seu officiorum aut alias quacunque justa causa debitorum seu debitarum solutionem hactenus fuerint & adhuc existunt negligentes & remissi in toto vel in parte quatenus infra quinquaginta dies continuos a die publicationis presentium numerandos hujusmodi computum & rationem faciant & reliqua capitulo ipsi restituant ac de hujusmodi pensionibus affictibus redditibus & pecuniarum summis dicto nostro capitulo plenarie satisfaciant cum effectu, alioquin dictis quinquaginta diebus elapsis quos pro canonica monitione & termino competenti ipsis & eorum cuilibet assignamus ipsos & eorum quemlibet quos etiam in hiis scriptis excommunicamus

camus tanquam excommunicatos publice tenore preſentium denuntiamus ab omnibus arcius evitandos. Item ſtatuimus & ordinamus quod canonici officiati quicunque officia annalia ſeu perpetua in eccleſia vel extra ad ipſam eccleſiam tamen ſpectantia actu vel in futurum habentes ratione quorum ad computum & ad rationem ſunt vel fuerint aſtricti faciendum capitulo ſepedicto illum computum ſeu rationem ipſi facere teneantur & faciant & quilibet in fine officii ſui vel infra quindecim dies proxime tunc ſequentes, perpetuo vero habentes ſingulis annis ante feſtum beati *Petri ad vincula* in capitulo memorato & ipſo ſpecialiter ad hoc & legitime indicto alioquin canonicus in hoc negligens vel remiſſus ad officium habendum proſequendum amodo penitus ſit inhabilis & omnino incapax & ad aliquod officium infra dictum annum aſſumi & ſibi committi diſtricte prohibemus & ultra hoc ipſe idem inhabilis & incapax remaneat quousque negligentiam ſuam purgaverit cum effectu computum debitum faciendo & nihilominus pro illo anno quo ſic negligens fuerit ſallario ſibi ratione officii ſui hujusmodi competente careant omnino & ſibi ſolvi prohibemus quod ſallarium ſi jam ante computum hujusmodi faciendum forte perceperit reſtituere teneatur & reſtituat infra menſem capitulo antedicto alioquin non computantes committentes tenentes & recipientes & non reſtituentes ut premiſſum eſt conjunctim vel diviſim ab officio & beneficio & ingreſſu eccleſie preſentis conſtitutionis noſtre auctoritate ſint ſuſpenſi, Item

cum

cum ſingula officia ſingulis perſonis ſint committenda prout ſacrorum canonum tenet auctoritas ſtatuimus volumus & ordinamus quod ſingula officia annalia eccleſie noſtre Colonienſis conſueta canonicis ipſius eccleſie committi ſingulis perſonis non uni plura committantur & ſi ſecus fiat ipſo jure commiſſio non valeat & tam committentes quam recipientes officia talia plura ab ingreſſu eccleſie & ab officio & beneficio ſint ſuſpenſi quousque ipſa officia dimittant libere & reſignent & nihilominus ſi plura recipiens pro illo anno ad officia dicte eccleſie ſit inhabilis & ſibi officium committi diſtricte prohibemus. Item circa officia annalia a capitulo ſepedicto ſingulis annis committenda volumus ſtatuimus & ordinamus modum & formam infra ſcriptos obſervari ſic videlicet, quod ſingulis annis die ad hujusmodi officia committenda prefixa de & ex gremio tocius capituli & omnium canonicorum capitularium tunc in loco capitulari comparentium eligantur tres canonici capitulares ipſius eccleſie qui tres ſic electi ex tunc & ad ſtatim in capitulo publicati infra menſem proximum tunc ſequentem diſtribuere & committere habeant & poſſint officia annualia ſupradicta ſingula ſingulis ex canonicis non uni plura ut ſupraſcriptum eſt ſecundum Deum & juſtitiam prout ipſis pro utilitate eccleſie & capituli viſum fuerit expedire . . ſecluſis omni dolo & fraude gratia odio invidia vel favore & hec premiſſa dicti electi poſt publicationem eorundem ad ſtatum in preſentia capituli tactis ſacroſanctis jurent ad ſancta Dei Evangelia ſe juxta

poſſe

posse & nosse facturos & si forte dicti tres omnes in hujusmodi distributionibus & commissionibus faciendis concordare non possent ex tunc prevaleat & consistat ac prevalere & subsistere censemus quod a nobis . . ordinatum fuerit ut & circa commissiones officiorum hujusmodi firmatum tertii contradictione aut dissensu non obstante alias vel alio modo & forma distributiones & commissiones officiorum hujusmodi fieri sub pena excommunicationis quam in hiis scriptis ferimus in contrarium facientes tam committentes quam recipientes districtissime prohibemus & nichilo minus distributiones & commissiones aliter facte ipso jure non valeant contraria consuetudine & observantia quibus in hac parte tanquam irrationabilibus & corruptelis derogandum duximus non obstantibus quibuscunque.

Predicte adjicientes constitutioni volumus & mandamus sub pena suspensionis a divinis officiis ut quicunque fuerint electi vel deputati ad hujusmodi officia annalia sive temporalia in sua debeant receptione jurare in manibus Decani & Capituli bene legaliter & fideliter predicta officia administrare presertim quod nulli persone aliquid contra nostras constitutiones distribueret vel disponeret alioquin ad eandem qui ecclesiam vel capitulum sive singulas personas de ecclesia damnificaverint restituendum eisdem volumus dictos officiatos obligatos.

Prefate constitutioni predicti bo. me. *Friderici* Archi Episcopi de obedientiis concedendis locandis

candis ſive vendentis adjicientes volumus ut in oblatione paris precii ſive penſionis prelatus ſeu canonicus eccleſie minus de predictis hiis obedientiis aliis preferri debeat, adjicimus etiam predicte conſtitutioni ut cum aliqua obedientia duobus vel pluribus ſimul conceſſa fuerit aliquo eorum cedente vel decedente pars ipſius obediente que illi competebat non conſociis accrescat ſed alicui de prelatis vel canonicis eccleſie ſecundum predictam conſtitutionem & proxime prefatam noſtram moderationem conferatur & aſſignetur non obſtante aliqua conſuetudine in contrarium obſervata.

Mandamus Decanis & Capitulis eccleſiarum civitatis & dioceſis Colonienſis in virtute ſancte obedientie ut nullus prelatorum vel canonicorum ad poſſeſſionem prelature ſive canonicatus & prebende recipere debeant quin in ipſa receptione predictos jurare faciant inter aliaque in hujusmodi receptionibus jurari ſolent quod has conſtitutiones in quantum eos tangunt ſeu concernunt firmiter pro poſſe & noſſe ſervabunt.

Tenor autem predictarum Apoſtolicarum litterarum nobis ſuper predictis viſitatione & reformatione decretarum de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis:

Martinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio *Brande* titulo ſancti Clementis presbitero Cardinali Apoſtolice ſedis Legato ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Recogitantibus nobis

bis assidue dolenterque mirantibus quot morum jam fere insanabilibus morbis hoc finale generis humani senium atteratur indulgens jugiter noxiis ac diffusis vehementius undique sceleribus proclivius in dies ad deteriora procumbens & proh dolor non adjiciens ut resurgat copiosa materia gemitus & meroris incubuit, cum fere grex universus videatur rationabilium omnium habitum exuisse miserabiliter nempe lacera jactatur humanitas inter fluctuosas inundantium scelerum tempestates & vasto dehiscentis inferi gurgite naufraga plurimorum mortalium turba perit virtutes viciis precipiti ruina succumbunt & natura bona malitia deformante peccati, rara supereſt meritorum spes ad decorem nam in membris sensualium hominum irrationabilium concupiscentiarum triumphante malitia soluta sunt frena licentie per que abrupta malorum & abrupta vitiorum ad consummationis interitum liberis trahuntur excursibus desideriorum carnalium voluptates, in mundo itaque sol justitie videtur incutientis crepusculi vesperam occidisse jam pene prorsus obductus densa nimis caligine peccatorum sed inter hec cor nostrum quod multiplex languentis populi corruptela conturbat non mediocriter vulnerat doloris acerbitas quod sicut fide digna plurimorum relatione percepimus in plerisque partibus Almannie in qua hactenus permaxime viguit devotio & divinus cultus percrepunt plurium Metropolitanarum & aliarum Cathedralium ac etiam Collegiatarum extra tuam legationem existentium ecclesiarum illarum presertim in quibus

nobiles

nobiles ultra communium Baronum & aliorum militarium nobilitatem se ex eorum genere illustres seu nobiles liberos dicentes & nominantes canonicatus & prebendas obtinent per eorundem illustrium seu nobilium plerumque pro nobilitate generis qua sub quodam confidentie spiritu licentie laxatis habenis abutuntur, vitam mores & observantias ecclesiasticas parum advertentium aliarumque personarum in eisdem ecclesiis residentium negligentiam seu incuriam decor decidit & status eorum deformatus proximam tam in spiritualibus quam temporalibus desolationem minatur, in nonnullis quoque monasteriis & aliis locis ecclesiasticis secularibus & regularibus partium earundem tam ex ipsorum prelatorum & presidentium inutili regimine quam aliarum in eis pro tempore degentium personarum defectu et negligentia regularis observantia postponitur norma disciplinę respuitur cultus divinus negligitur persone quoque hujusmodi vite ac morum honestate prostratis lubricitati incontinentie & aliis variis carnalis concupiscentie voluptatibus & viciis non sine gravi divine majestatis offensa tabescentes vitam ducunt dissolutam plurimos pernicioſos & detestabiles excessus impune committendo in animarum suarum periculum totius clericalis ordinis dedecus & scandalum nec non pernitiosum exemplum plurimorum, cum igitur ex injuncto nobis pastoralis officii debito nostra interest providere in premissis & de te quem scientia preditum morum honestate decorum & consilii maturitate preclarum constantia industriaque conspi-

cuum atque nobis inter ceteros fratres noſtros merito multiplicis tue probitatis carum ſpecialiter & acceptum ad regnum Bohemie ac Miſnenſis & Moravie marchionatus commiſſo tibi in illis plene legationis officio duximus de fratrum noſtrorum conſilio deſtinandum tenentes in Domino fiduciam ſpecialem quod ea que tibi commiſerimus juxta tue provide circumſpectionis induſtriam ſollicite prudenter & fideliter exequeris te Metropolitanarum & Cathedralium aliarumque eccleſiarum nec non monaſteriorum & aliorum locorum regularium & religioſorum quorumcunque partium predictarum Generalem in ſpiritualibus & temporalibus reformationem de eorundem fratrum conſilio auctoritate Apoſtolica conſtituimus ac etiam deputamus circumſpectioni tue per apoſtolica ſcripta committentes & mandantes quatenus ad partes predictas perſonaliter accedens ac habens pre oculis ſolum Deum omnia & ſingula dictarum partium tam Metropolitanas quam Cathedrales ſeu etiam collegiatas aliasque eccleſias nec non monaſteria & alia loca eccleſiaſtica exempta & non exempta ſecularia & regularia cujuscunque etiam ordinis fuerint ac domus & habitationes quecunque tam virorum quam mulierum in quibus ſub fruge melioris vite & devotionis ſeu religionis ac contemplationis intuitu ſeu ſpecie perſone ſeculares vel eccleſiaſtice ſeu etiam regulares cujuscunque ſexus fuerint conveniunt ſeu moram trahunt, de quibus tibi videbitur illorumque capitula & conventus nec non Abbates Priores rectores Gubernatores adminiſtratores

tores officiatos presidentes visitatores & alios in illis dignitates personatus administrationes & officia quecunque & qualiacunque nec non canonicatus & prebendas aut alia beneficia ecclesiastica in illis obtinentes monachosque fratres & sorores & alias quascunque personas eorundem cujuscunque status gradus ordinis conditionis preeminentie dignitatis vel nobilitatis seu generis fuerint in capite vel in membris tam in spiritualibus quam temporalibus auctoritate nostra per te vel alios fide & excellentia providos & alias idoneos & circumspectos visites ac defectus quoscunque & alia inibi reformanda reformes, nos enim ut ex visitationis & reformationis hujusmodi tue vigilantie studio fructus comitentur optati tibi destituendi & destinendi dissipandi evellendi transferendi & reedificandi atque plantandi disponendi ordinandi statuendi diffiniendi & faciendi quecunque que in premissis & circa eam secundum datam tibi a Deo prudentiam videris facienda de illorum quoque excessibus & criminibus quibuscunque inquirendi & cognoscendi illaque juxta eorum qualitatem & exigentiam & sanctiones canonicas & regularia eorundem ordinum instituta nec non prout ecclesiarum monasteriorum & locorum decori statui vel utilitati & personarum hujusmodi animarum saluti congruere perspexeris eadem auctoritate corrigendi & debitis penis percellendi. Preterea Abbates priores administratores Gubernatores & alios in dignitatibus hujusmodi constitutos seu personatus administrationes vel officia obtinentes canonicos & alias personas hu-

jusmodi ſi eorum demerita popoſcerint ab Abbatialibus aliisque dignitatibus perſonalibus adminiſtrationibus vel officiis & eorum regiminibus que obtinent ſeu quibus preſunt prorſus perpetuo deſtituendi ac illis nec non canonicatibus & prebendis eccleſiis aliisque beneficiis eccleſiaſticis quibuscunque privandi & amovendi realiter ab eisdem, Et inſuper in illis ex eccleſiis monaſteriis & locis predictis quorum facultas adminiſtratorum & perſonarum in eis recipi ſolitorum ſuſtentationum & aliorum onerum ſuorum ſupportationem congrue non ſufficiunt numerum Canonicorum monachorum fratrum monialium ſororum miniſtrorum & perſonarum predictorum etiam in dignitatibus perſonatibus vel officiis inibi conſtitutorum canonicatuum quoque & prebendarum ac dignitatum perſonatuum & officiorum prout tibi videbitur reſecandi minuendi reducendi & moderandi quodque canonicatus & prebende dignitates perſonatus & officia que prefatis perſonis illuſtribus ſeu nobilibus conferri conſueverunt etiam aliis quam talibus alias inidoneis perſonis deinceps conferri poſſint & debeant ſtatuendi & ordinandi, de ſtatutis quoque & conſuetudinibus earundem Metropolitanarum Cathedralium & aliarum eccleſiarum te informandi atque examinandi corrigendi & emendandi ac abuſus & corruptelas & alias quascunque pravitates ſi quos in ipſis eccleſiis pro ſtatutis ſeu conſuetudinibus obſervandis introductos repereritis etiamſi juramento vel alia quavis firmitate vallati fuerint caſſandi & repellendi ac obſervari

vari prohibendi juramentaque hujusmodi relaxandi & remittendi nec non etiam tam virorum quam mulierum in ſeparatis domibus ſub ſpecie devotionis non tamen ſub aliqua approbata regula qualitercunque convenientium ſeu manentium ſuperſtitiones conventicula errores & etiam ſi tibi videbitur cohabitationes diſtrictius inhibendi & inhiberi faciendi eum effectu & generaliter omnia & ſingula in premiſſis & circa ea neceſſaria quomodolibet vel oportuna per te vel alium ſeu alios faciendi diſponendi ordinandi & exequendi contradictores quoque & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam & alia oportuna juris remedia invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis compeſcendi ac in premiſſis omnibus & ſingulis in quibus expedierit ſeu tibi videbitur etiam ſummarie ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu aut figura judicii procedendi plenam & liberam tenore preſentium concedimus facultatem non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis ac fundationibus & dotationibus & aliis ſtatutis & conſuetudinibus eccleſiarum monaſteriorum locorum & ordinum hujusmodi nec non privilegiis exemptionibus & indulgentiis ac litteris Apoſtolicis Generalibus vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant per que preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earundem preſentium impediri valeat quomodolibet vel differri & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim a predicta ſit ſede indultum quod interdici ſuſpendi excommu-

nicari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi ac eorum propriis nominibus & ordinibus mentionem, Mandantes inſuper eisdem circumſpectioni tue quatenus injunctum tibi miniſterium laboris hujusmodi pro noſtra & dicte ſedis reverentia devote ſuſcipiens ſic illud utiliter ſicque ſollicite & laudabiliter juxta datam tibi a Deo prudentiam exequaris quod de tuis ſtudioſis laboribus celeſti favente clementia deſiderati quos ſperamus fructus adveniant tuque illam que tales cauſas gerentibus celeſti retributione reperditur feliciter conſequi palmam glorie merearis, Nos enim ſententias quas rite tuleris & penas quas inflixeris in rebelles ratas habebimus & faciemus auctore Domino usque ad ſatisfactionem condignam firmiter obſervari. Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* XVI. Kal. januarii Pontificatus noſtri anno quinto.

Ego *Rolandus Phibbe* clericus Oſnaburgenſis publicus apoſtolica & imperiali auctoritate notarius Reverendiſſimique patris Domini *Brande* Cardinalis legati & Generalis reformatoris ſupradicti ac hujusmodi viſitationis & reformationis negotii coram eo ſcriba in preſentia Rmi Patris Domini *Theoderici* Archi Epiſcopi ſupradicti ac venerabilis & religioſi viri Domini Abbatis monaſterii ſancti *Martini* venerabilium & circumſpectorum virorum Decani *joannis de Lynepe Walrami de Kerpen Rudolphi de Dyeffholt Ulrici de Manderſcheit Theoderici*

derici de Hörſt & Hermanni Kockenbeck canonicorum majoris ac Decani & ſcolaſtici ſancti *Gereonis* & Prepoſiti ac Decani ſancti *Andree* & Decanorum ſanctorum Apoſtolorum Beate *Marie* ad *Gradus* et ſancti *Georgii* & quam plurimorum prelatorum & canonicorum beneficiatorumque tam dicte majoris quam aliarum collegiatarum eccleſiarum civitatis Colonienſis & aliorum clericorum ſecularium & regularium ſupra ſcriptas conſtitutiones de dicti Reverendiſſimi Patris Dñi Cardinalis legati & reformatoris generalis mandato & eo preſente publice alte & intelligibili voce in ſacriſtia ipſius majoris eccleſie colonienſis die veneris decima nona menſis Martii Anno a Nativitate Dñi MCCCC viceſimi tertii indictione prima Pontificatus ſanctiſſimi Dñomini noſtri Dñi *Martini* Pape quinto Anno ſexto ſupra nominato de verbo ad verbum legi & publicavi, quibus quidem lectis & publicatis ſtatim & in continenti idem Rñus Pater Dominus Cardinalis legatus & reformator Generalis ipſas conſtitutiones ſuo ſigillo cum cordula ſerica rubea impendente munitas ipſi Rñmo Patri Dño Archiepiſcopo Colonienſi exhibuit & ad ejus manus tradidit ſibique earundem conſtitutionum executionem commiſit & per eum fieri mandavit nec non rogando & exhortando injunxit tam ipſi Rñmo Patri Dño Archi Epiſcopo Colonienſi quam predictis prelatis canonicis aliisque beneficiatis & clericis ſecularibus & regularibus ibidem conſtitutis ut dictas conſtitutiones quantum unum quemque concernerent inviolabiliter obſervaretur & ab aliis

obſervari facerent juxta earundem vim formam & tenorem, ideoque has conſtitutiones in decem & novem & in parte in viceſimo foliis de pergameno ſcriptas & ſigillo impendente ſigillatas de eodem mandato & cum premiſſis omnibus intereram ſubſcripſi ſignoque & nomine meis ſolitis ſignavi juſſus & mandatus in fidem & majus robur premiſſorum omnium.

CHARTARVM DECAS

Hiſtoriam Moguntinam circa finem ſeculi XIV^ti & initium XV^ti egregie illuſtrans. Ad eandem porro conferri merentur Diplomata quæ L. B. de *Gudenus* protulit *Tom. III. a pag.* 615. *ad* 638.

XXXI.

POST OBITVM CONRADI ARCHIEP. CAPITVLVM MOGVNTINVM COMPROMISSARIOS CONSTITVIT PRO ELIGENDO ARCHI-EPISCOPO.

In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate ejusdem Milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſexto Indictione quarta, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Bonifacii* Divina providencia Pape *Noni*, Anno ſeptimo die octava menſis Novembris hora ejusdem diei Capitulari ſolita & in loco Capitulari eſtivali Eccleſie Magun-

Maguntinenſis in noſtrorum Notariorum publicorum teſtiumque ſubſcriptorum ad hoc vocatorum & rogatorum preſencia conſtituti, bone memorie quondam Domino *Conrado* Archi Epiſcopo noviſſimo dicte eccleſie Magunt: decima nona die menſis octobris anni preſentis ſupra ſcripti, ſicut Deo placuit, defuncto, ejusque corpore cum reverencia, eccleſiaſtice, ut decuit, tradito ſepulture, Venerabiles & Circumſpecti viri Domini *Ebirhardus* Decanus, *Johannes* Cuſtos, *Johannes* Scolaſticus, *Cuno* Cantor, *Nicolaus de Lapide*, *Wernherus Knebel*, *Ulricus de Cronenberg*, *Sifridus de Wartenberg*, *Dytmarus de Walen*, *Conradus de Hirtzhorn*, *Philippus Flache de Schwartzenburg*, *Fredericus Heppe de Rynberg*, *Johannes de Naſſauwe*, *Orto de Fryſenheim*, *Johannes de Kircheim*, *Albertus de Hoënloch*, *Johannes Hoffewart*, *Johannes Winther de Rüdensheim*, *Heinricus de Mannental*, *Ebirhardus de lapide*, *Houewart de Sykingen*, *Joffridus de Liningen*, *Cuno Herdan*, *Joannes de Colnhuſen*, *Johannes Weyſe*, *Heinricus Ruwe & Bruno de Scharpenſtein* Prelati & Canonici Eccleſie Maguntinenſis predicte Capitulares & Capitulum ejusdem eccleſie repreſentantes ac propter infra ſcripta & juxta mentem citacionis dictorum Dominorum ad eligendum futurum Archi Epiſcopum eidem Eccleſie & paſtorem Capitulariter ut aſſeruerunt congregati, proteſtabatur prefatus Dominus Ebirhardus Decanus de omnium & ſingulorum Concapitularium ſuorum predictorum mandato ſuo & ipſorum Concapitularium ſuorum nomine atque vice in hujusmodi

dì proteſtacionem publice & expreſſe conſencientium, quod ipſe & dicti ipſius Concapitulares cum a Divinorum Officiis ſuſpenſis excommunicatis & interdictis ſeu alias ad eligendum quomodolibet inhabilibus prohibitis & indignis non intenderet neque intenderent eligere quovis modo, quin ymmo, ſi tales ſciret aut ſcirent cum eis & eorum quolibet ad hujusmodi electionem nullatenus procederent, etſi quod abſit in futurum, tales invenirentur, in ipſa eleccione ſuas preſtitiſſe voces, quod nulli afferrent ſuffragium, prejudicium ſeu nocumentum ſed verius pro non receptis & pro non habitis cenſerentur, diligenti ut ſic deliberacione prehabitis & tractatibus multi modis, per quem modum eſſet ad electionem futuri Pontificis procedendum, continuacionibus quoque quam plurimis in dicto electionis negocio ſubſecutis, tandem videlicet duodecima die menſis Novembris predicta placuit univerſis & ſingulis ſupratactis per viam compromiſſi viduate eccleſie providere, conſiderantes multitudinem difficulter in unum convenire & ſepe in paucis ſpiritum ſanioris conſilii pocius provenire, dederuntque unanimiter Venerabilibus viris Dñis *Ebirhardo* Decano, *johanni* Cuſtodi, *johanni* Scolaſtico, *Cunoni* Cantori & *Dytmaro* de *Walen* Canonicis predictis concapitularibus ſuis plenam & liberam & omnimodam poteſtatem ut ipſi vel major pars eorum vice ſua ac omnium eorum per electionem canonicam eidem ſue vacanti eccleſie Deum & bonum ejusdem eccleſie & ſtatum pre oculis habentes, inter ſe convenirent, ſane quod

unum

unum de capitulo ad dictam ecclesiam in Archi Episcopum & Pastorem eligerent & eidem Ecclesie de eodem providerent, omnimodam potestatem ipsorum ac vices super hoc de consensu expresso & assensu omnium Dominorum predictorum committentes, ita quod unus eorundem compromissariorum de consensu & mandato aliorum quatuor compromissariorum vel majoris partis eorum vice sua & collegarum suorum atque omnium Dominorum predictorum jus in eleccione hujusmodi habencium, illum eligerent in communi, in quem omnes ipsi vel eorum major pars convenirent, eleccionemque predictam in ipsorum presencia publicarent, quam quidem potestatem sibi traditam ijdem compromissarij in se sponte receperunt, asserentes eciam universi & singuli predicti prelati & Canonici, quod ipsum reciperent & recipere vellent in suum Archi Episcopum & Pastorem, quem ipsi compromissarij vel major pars eorundem ut premittitur duxerint eligendum seu de quo duxerint providendum, & ut de & super premissis omnibus & singulis unum vel plura conficeremus instrumentum vel instrumenta sepedictus Dominus *Ebirhardus* Decanus suo & omnium Dominorum & tocius Capituli predictorum nomine nos notarios publicos requisivit atque nomine quo supra mandavit instrumentum seu instrumenta hujusmodi sigillo majori ejusdem Capituli Magunt. sigillare & ut sic sigillata majorem in fidem per nos Notarios infra scriptos publicari ac subscripcionibus & signis nostris tolitis & consuetis cum testium fide

digno-

dignorum ſubſcriptorum inſcripcione conſignari, preſentibus in premiſſis honeſtis & diſcretis viris Dominis *Wentzone* de *Hexheim*, *joanne Remeben*, *ulrico pryeſinger* & *Conrado de Hanauwe* vicariis ejusdem Eccleſie Maguntine teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et Ego *Conradus* quondam *Emelrici de Spanheim* Clericus Maguntinenſis dioc. publicus Imperiali auctoritate & ſancte Maguntine ſedis Notarius juratus, quia deliberacioni, proteſtacioni compromiſſioni, poteſtatis tradicioni & commiſſioni, nec non omnibus & ſingulis aliis premiſſis, dum ſic ut prefertur per dictos Dominos prelatos & Canonicos Capitulares agerentur & fierent, una cum dictis teſtibus ac diſcreto viro *johanne Aldendorff de Fritzlaria* Imperiali auctoritate Tabellione publico infraſcripto preſens interfui, eaque ſic fieri vidi & audivi & hoc preſens publicum inſtrumentum aliis prepeditus negociis fideliter per alium ſcriptum in hanc formam una cum eodem johanne Tabellione publicam redegi, ſignoque meo ſolito & conſueto una cum ſubſcriptione & ſigno ejusdem johannis ſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium premiſſorum.

Et Ego *johannes Aldendorff de Fritzlaria* Clericus Magunt: dioc: publicus Imperiali auctoritate Notarius quia premiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic ut preſcribitur, agerentur & fierent, una cum teſtibus & honeſto viro Domino *Conrado* de *Spanheim* Notario publico ſupradictis preſens interfui eaque

eaque ſic fieri vidi & audivi, ideo preſens inſtrumentum publicum per alium ſcriptum certis prepeditus negociis una cum eodem Notario in hanc publicam formam redegi ac ſigno meo & ſubſcripcione ſolitis & conſuetis una cum appenſione ſigilli majoris Capituli eccleſie Magunt: predictis & ſubſcripcione dicti Notarii ſignavi rogatus & requiſitus.

XXXII.

PRONVNCIACIO ELECCIONIS GODEFRIDI DE LEININGEN.

Cum vacante Eccleſia Magunt: per obitum bone memorie Dñi *Cõnradi* quondam Archiepiſcopi Magunt: vocatis omnibus qui fuerunt evocandi a preſente die prefixa omnibus qui debuerunt, voluerunt & potuerunt intereſſe, placuit omnibus per formam compromiſſi, eidem eccleſie providere michique *Ebirhardo* Decano, *johanni* Cuſtodi, *johanni* Scolaſtico, *Cunoni* Cantori & *Dytmaro de Walen* Canonico prefate eccleſie Collegis meis poteſtatem plenam & liberam dederunt eligendi & ipſi eccleſie de Archi Epiſcopo providendi, Nos itaque per diverſos tractatus finaliter divina favente clemencia in *joffridum de Liningen* Canonicum dicte Eccleſie direximus vota noſtra, virum utique nobilem & Generoſum, providum & diſcretum litterarum ſciencia vita & moribus ac vir-

virtuosis actibus merito commendandum in sacris ordinibus & legitima etate constitutum atque de legitimo matrimonio procreatum & in spiritualibus & in temporalibus circumspectum. Unde Ego *Ebirhardus* Decanus vice mea & omnium Collegarum seu sociorum meorum & de mandato ipsorum desuper michi ab eis specialiter facto vice eciam tocius Capituli predictum Dñum *joffridum* eligo in Archi Episcopum & Pastorem Ecclesie Maguntine & eidem ecclesie provideo de eodem In nomine Patris & filii & spiritus sancti. Anno Dni MCCCXCVI. feria sexta post festum sancti *Martini* Patroni nostri, que fuit XVII. dies mensis Novembris.

XXXIII.

LITTERAE MVLTORVM DE CAPITVLO MOG. AD JOH. DE NASSAV, QVEIS VT SIBI DE ARCHI EPISCOPATV CONTRA G. DE LEININGEN PROVIDERI FACIAT EXCITATVR.

Nobili ex Venerabili Domino johanni de Nassauw de Regum Ducum Principumque sanguine procreato Domino & Concanonico nostro gratiosissimo.

Serviciorum promptitudine cum oracionum devocione in omnibus preconcepta. Nobilis & Venerabilis Domine! percepimus vos iter recepisse versus Romanam Curiam similiter & intelle-

ximus

ximus illuſtrem Principem Dominum *Rupertum* ſeniorem Palatinum Reni Comitem Bavarie Ducem Advocatum & Conſervatorem Obediencie pro Dño noſtro PP. Dño *Bonifacio* in Almannia ſuos Ambaſſiatores ad Dominum noſtrum Papam miſiſſe, ad laborandum fideliter pro nobis, nec non reperimus Langravium *Haſſie* & Dnům Ducem de *Brunswig* terrarum Eccleſie Maguntine ſubjectarum continuos, inmediatos cordialiter & affectuoſe Domino noſtro Pape ſcribere & ſcripſiſſe pro nobis; de quibus omnibus & ſingulis gaudium & conſolacionem ut fideliſſimi ſervitores & amici recepimus non modicam, exortantes & vos tanquam Dominum & Amicum ſpecialiſſimum, ut in negocio inceptо pro eccleſia Maguntina totis viribus laborare non ommittatis, cum & clerus Civitatis & Dioceſis ipſaque Civitas omnesque terre eccleſie Maguntinenti ſubjecte nec non omnes homines utriusque ſexus nobiles & ignobiles ſimiliter civitatum opidorum villarumque communitates proviſionem Domino Concedente per Dominum noſtrum Papam *Bonifacium nonum* fiendam pro perſona veſtra animo deſiderabili expectant, confidentes veriſſime de perſona veſtra de bono & felice regimine pre ceteris in partibus noſtris nunc viventibus pro defenſionibus clericorum & laicorum experiencia Dominorumque & conſangwineorum veſtrorum auxiliis, conſiliis & favoribus ipſos ad hoc moventibus; Non obſtante quadam pretenſa & ſymoniaca eleccione contra voluntatem noſtram per viam compromiſſi celebrata pro Dño

joffrido

joffrido de *Liningen*, de qua pauci & pauciſſimi gaudent nec ſunt contenti, que eciam ut ſcitis ex corde majoris partis Capituli non proceſſit & ad mittendum decretum & alias litteras jam duabus vicibus Dño noſtro Pape & Dominis Cardinalibus pro Dño *joffrido de Lyningen* propter compromiſſum licet invalidum & contra reſervacionem Domini noſtri Pape propter peticiones & promiſſiones Domini Epiſcopi Colonienſis & donacionem condicionalem Comitis de *Lyningen* quam eciam nullam & deceptoriam eſſe reperimus, ſicut & comes *Fridericus de Lyningen* hoc teſtatur & omnino contradicit donacioni; eciam invitl quod dolenter referimus, ſumus coartati & mirabiliter decepti prout & Dñus Papa poſſet melius informari, ſi alicui probo in partibus noſtris committeret ad examinandum nos & alios clericos & laicos per juramenta, de qua commiſſione tota terra gauderet, verum eciam Nobilis & Venerabilis Domine, nos fideles ſervitores & amici veſtri, volentes vos in factis veſtris in quantum poſſumus, conformare, ut a propoſito incepto non deſiſtatis deſiderabiliter ſupplicantes, quatenus apud Dominum noſtrum *Bonifacium* Papam *Nonum* & apud Dños Cardinales inſtantiſſime laboretis, expenſas vero pro concordi ſervicio Dominorum Cardinalium & Camere Apoſtolice & alias expenſas quascunque pro Eccleſia Maguntina faciendas expendere non formidetiis, quia veridica relacione noviter percepimus, quod civitates *Maguncia*, *Erffurdia*, *Franckenfurtum* alieque omnes terre ſubjecte Eccleſie

Magunt.

Magunt. ſubſidiis & auxiliis procul dubio vos relevabunt. Nos eciam Certificantes vos nichilominus quod Dñus *joffridus de Lyningen* adminiſtracionem nec poſſeſſionem civitatis, oppidorum, caſtrorum, villarum, terrarumque eccleſie Magunt. ſubjectorum non habebit, ſed omnino nos tamquam fideles ſervitores veſtri & filii obediencie expectabimus proviſionem a Papa pro perſona ſeu de perſona veſtra Dño concedente fienda & obtinenda in contumeliam omnium ſcismaticorum & adherencium Antipape Regi Francie & fautorum ipſorum. Nunc vero maxima nova ſurrexerunt poſt receſſum veſtrum in partibus noſtris in Almannia que & nos a fide dignis ex veridica relacione percepimus, que eciam tergiverſacione aliqua celari non poſſunt, quod quinquaginta milia florenorum Capitulo Maguntino per Dnum Archi Epiſcopum Colonienſem, Decem milia florenorum per Dñum Marchionem de Baden promiſiſſe ſub condicione tali, ſi Capitulum Eccleſie Maguntine eligeret Dominum *joffridum de Lyningen*, prout Archi Epiſcopus Colonienſis per quindecim dies ſtando in civitate Magunt. pertractavit non ex alio capite procedant, niſi a Rege Francie Antipapa & eorum fautoribus & complicibus ad illum finem & ipſe poſſet iſtum de Lyningen habere in eccleſia Maguntina, qui eciam ut ſcitis, omnino eſt ad voluntatem & mandatum Dñi Archi Epiſcopi Colon. & omnia que fiunt in preſenti negocio in partibus noſtris & coram Dño noſtro Papa, ventilantur pro parte illius *de Lyningen*, omnia ſunt ad decipien-

dum Dnũm noſtrum Papam & Dnũm Regem Romanorum ad detrahendum eis omnem obedienciam & adherendum Regi Francie & Antipape & eorum complicibus, Et ergo valde ſecrete Dnũm noſtrum Papam faciatis per Dños & promotores veſtros Dños Cardinales & alios ſecretarios de premiſſis fideliter informari & premuniri & aviſari, ne Colonienſis Epiſcopus in hoc obtineat ſuam voluntatem, & re vera practica Domini Colonienſis non eſt pro Domino noſtro Papa, ſicuti alias ut credimus, Dñus noſter Papa eſt bene informatus. Inſuper Nobilis & Venerabilis Domine ſitis bene aviſatus, ſi diceretur in Curia, quod iſte de *Lyningen* haberet poſſeſſionem Caſtri *Richenſtein*, ſciatis & dicatis, quod Capitulum non conſenſit quod *Nicolaus de Lapide* acceptaret vel admitteret ipſum ad iſtum Caſtrum tanquam electum, ſed ſi admitteret eum tamquam ſimplicem Canonicum ibi ſtando ad parcendum expenſis, Capitulum non mandavit, nec contradicit & nichilominus Capitulum requiſivit *Nicolaum de Lapide*, quod illud caſtrum reſpiceret, ſicut alias dudum ante mortem Domini Conradi erat ſibi fideliter per Capitulum Commiſſum, ſicut eciam nos Capitulariter proteſtationem fecimus. Et inſuper hoc inſtrumentum publicum mittimus & ſic iſte de *Lyningen* nullam habet poſſeſſionem, cum dictum caſtrum omnino ſit ſeparatum a Caſtris Archi Epiſcopatus & ſolum ad Capitulum ſpectat & quilibet Capitularis canonicus poſſit ibi ſtare ſub expenſis ſuis propriis ut vos ſcitis & ſi aliquis di-

ceret

ceret contrarium, non credatis, nisi Dominus noſter & patruus veſter *Philippus* Comes de *Naſſauw* & nos una cum eo ſcripſerimus vobis alia, Et venerabilis & nobilis Dñe precordialiſſime ſitis memor veſtrorum ſervitorum & amicorum infra ſcriptorum poſt felicem expedicionem negociorum veſtrorum per Dnūm noſtrum Papam altiſſimo concedentes pro perſona veſtra, de qua eciam Nos, Clerus, Civitas & dioceſis Maguntina totaque terra gaudium & conſolacionem immenſam reportaremus, perſonam veſtram Altiſſimus ſane & proſpere dignetur conſervare per tempora longiora.

Scriptum in Vigilia Nativitatis Domini MCCCXCVI. ſub ſigillis impreſſatis *Ulrici de Cronenberg*, *Conradi de Hyrtzhorn*, *johannis de Rüdensheim*, *Cunonis Herdan* de *Buches*, *Brunonis de Scharpenſtein*, *Heinrici Ruwe* & *johannis Weyſe* canonicorum veſtrorum Capitularium Eccleſie Magunt. quibus & nos alii Canonici Capitulares ſubſcripti utimur ad preſens.

Subſcriptio: *Ulricus de Cronenberg*,
Conradus Hyrtzhorn.
Fridericus Hepe.
johannes de Rüdensheim.
johannes de Kircheim.
Bruno de Scharpenſtein.
Heinricus Ruwe.
Cuno Herdan de Buches &
johannes Weyſe.

Veſtri fideles ſervitores & amici cordialiſſimi &c.

XXXIV.

LITTERAE G. DE LEININGEN, QVEIS CONQVERITVR CONTRA CAPITVLARES IN PRAECEDENTIBVS SVBSCRIPTOS.

Joffridus Dei gracia.
Electus Maguntinus.

Benivolenciam noſtram & omne bonum Venerabiles devoti dilecti. Mittimus veſtre devote circumſpeccioni copiam ſigillatam quarundam litterarum honorabilium ſtrenuorum virorum in eadem copia deſcriptorum pro fide uberiori facienda ſigillatam, quarum Originale penes nos retinuimus Domino noſtro Pape, ſereniſſimo Domino noſtro Regi Romanorum, Principibus Electoribus & aliis preſentibus Comitibus Baronibus, militibus, militaribus, Communitatibus & univerſitatibus manifeſtandam, ſigillis *Ulrici de Cronenberg*, *Conradi de Hyrtzhorn*, *johannis de Rüdensheim*, *Cunonis Herdan de Büches*, *Brunonis de Scharpenſtein*, *Heinrici Ruwen & johannis IVeyſen* Canonicorum Capitularium Eccleſie Maguntine pro ſe & ſuis in hac parte complicibus ſigillatis, in qua copia videre poteritis qualiter Rmus Pater & Dnus noſter Dnus Colonienſis Archi Epiſcopus Illuſtrem Marchionem Avunculum noſtrum nos & noſtri falſe nugatorie & mendaciter apud Dnum noſtrum Papam ſumus diffamati in ſubverſionem eccleſie ad quam electi ſumus,

Magun-

Maguntine, ſignificantes vobis, nos non ſperaſſe eos fuiſſe & eſſe tales, quales ſe in eorum ſcriptis contra Dnös Colonienſem, Marchionem predictos nos & noſtros auſu ſacrilego ac diabolice repreſentant ac de futuro repreſentarunt quamquam repreſentacionem, ſe tamen nonnulli ex eis & eorum complices in excuſacionem tam nephandi criminis ſe excuſarunt mediis ipſorum juramentis prout in inſtrumento publico deſuper confecto plene adapparet, quapropter vos hortamur in Domino, quatenus prefatos preſumptores, veritatis detractores & eorum in hac parte detraccionis & mendaciorum complices tamquam & revera infames & indignos & omni honore exutos in hac parte culpabiles extra conſorcium veſtrum Capitularem ejiciatis hortantes eosdem ut nobis & noſtris de tam lamentabili nephando facto emendam juxta noſtri honoris condecenciam faciant & Dño noſtro Pape reſcribant prenotatas litteras ipſorum ficte, nugatorie, falſe & mendaciter confinxiſſe Dños noſtros Archi Epiſcopum Colonienſem, Marchionem Badenſem nos & noſtros quos falſe denigrarunt, reſtituendos, certificantes eosdem, quod alioquin coram dicto Domino noſtro Papa, Regi Romanorum Principibusque prenotatis remedia queramus ſalubria locis & tempore oportunis.

XXXV.

LITTERAE GODEFRIDI DE LEININGEN AD VNIVERSITATEM STVDII COLONIENSIS VT DEHORTARETVR JOHANNEM DE N. A SVO MALO PROPOSITO.

Venerabilibus & eximiis ac Illuminatis viris Dominis Rectori Magiſtris Doctoribus Licenciatis Baccalaureis facultatum ſacre pagine, utriusque juris, Medicine & arcium omnibusque ſcolaribus atque ſubjectis ſtudii Univerſitatis Colonienſis Dominis ſuis ſibi favorabiliter dilectis *joffridus de Lyningen* Electus Eccleſie Maguntine cum promptitudine omnis boni, quidquid poterit reverencie pariter & honoris. Venerabiles & eximii viri Domini confidentiſſimi, Noveritis quod vacante Eccleſia Maguntina per obitum bone memorie quondam Domini *Conradi* Archi Epiſcopi Maguntini noviſſimi, Decanus & Capitulum ſingulareſque Canonici Capitulares & maxime *johannes de Naſſauw* tunc Canonicus ejusdem Eccleſie Capitulariter convenerunt in unum tractatum & tractatibus plurimis prehabitis, per quam formam eſſet vacante eccleſia Maguntina providendum, Capitulariter concordarunt, per formam compromiſſi dicte eccleſie eſſe providendum de paſtore, in quinque, *Ebirhardum* videlicet de *Ippelborn* Decanum, *johannem de Rinecke* Cuſtodem, *johannem de Schönenberg* Scolaſticum, *Cunonem de Stertzelnheim* Cantorem & *Dytmarum de Walen* Canonicum Eccleſie Maguntine Capitularem aſſenſu, Conſen-

ſu

ſu & voluntate de prefati *johannis de Naſſauwe*, dolo malo vel fraude non circumventi compromiſerunt & eis plenam ac liberam poteſtatem eligendi & memorate eccleſie de paſtore providendi, de perſona Capitulari ejusdem eccleſie tradiderunt, fuit & eſt inſuper circa idem compromiſſum adjectum & vallatum quodſi contingeret me per dictos quinque compromiſſarios eligi in Archi Epiſcopum Maguntinum dictus *johannes de Naſſauwe* cum omnibus ſuis Dominis & amicis apud ſanctisſimum in Chriſto Patrem & Dominum noſtrum Dnūm *B.* divina providencia Papam nonum modernum mihi aſtare teneretur, ipſius Domini & amici pro me cum inſtancia ſupplicare deberent, quod eleccio hujusmodi tunc facienda & nunc de me facta per eundem Dominum noſtrum Papam confirmaretur vel ſaltem quod Idem Dominus noſter Papa de ſepefata eccleſia mihi de novo provideret & in caſum & eventum, quo idem Dominus noſter Papa dicto johanni de dicta eccleſia providiſſet vel provideret, ipſe hujusmodi proviſioni, incumbere, vel eciam ea uti non deberet quovis queſito colore, quod eciam non vi, metu, fraude vel dolo circumventus publice & non per errorem tactis corporaliter ſacroſanctis Ewangeliis ſibi ante poſitis in capitulo ſeu loco capitulari eccleſie Maguntine ſe ſervaturum ſolempni ſtipulacione premiſſa ad ſancta Dei Ewangelia juravit, conſimileque juramentum, quale, ut prefertur Idem johannes preſtitit, ego preſtiti & tenuiſſem, ſi dictus *johannes de Naſſauwe* electus fuiſſet ad mencionatam eccle-

ſiam Maguntinam; eleccione igitur concorditer per dictos quinque nullo ipſorum diſcrepante, de perſona mea canonice facta, dictus *johannes de Naſſauwe* in reprobum ſenſum datus juramenti pretacti fame ſue prodigus & proprie ſalutis immemor, dum noſtrum Papam doloſe in ſui honoris diſpendium acceſſit & eleccioni Canonice de me facte contravenit & contra me & eccleſiam Maguntinam de facto & injuſte laboravit in tantum, quod Dominus noſter Papa ad ſiniſtram ipſius & ſuorum informacionem ſibi de eccleſia Maguntina provisit, juramento ſuo per ipſum preſtito memorato temere & contraveniendo, quod inquam malum perjurii nephandiſſimum in me per dictum *johannem de Naſſauw* perpetratum vobis omnibus & ſingulis conqueror, ſupplicans veſtris reverenciis cordis eſtibus ſitibundis, quatenus attenta veritate, que non querit angulos, ipſum *johannem de Naſſauw* fame ſue prodigum juris ac juſticie ob reſpectum informare dignemini & velitis, quod a mala per ipſum contra me obtenta proviſione adhuc deſiſtat & adeo male ac nequiter in antea in me non faciat proviſione hujusmodi nepharia & nephande obtenta utendo quemadmodum ſe facturum non uſurum ſuo proprio juramento firmavit offerens me vobis & veſtre univerſitati proinde ad quelibet beneplacita atque grata.

XXXVI.

Digitized by Google

XXXVI.

LITTERÆ FR. ARCHIEP. COLON: QVOD PRO ELIGENDO GODEFRIDO NVLLA DONA DEDERIT ET PROMISERIT.

Wir *Friderich* von Gots gnaden der heiligen Kirchen zu *Colne* Ertzbiſchoff hertzog in Weſtfalen &c. bekennen und dun kunt allermenglichen mit dieſem Briefe, als die Erſamen herren *Ebirhard von Ippelborn* Dechand, *johann von Rineck* Cuſtor *Johann von Schönenburg* Schulmeiſter, *Cüne von Stertzelnheim* Senger und *Diethmar von walen* Dumherren des ſtiffts zu *Mentze* als Arbitratores von dem gemeinen Capitel des Dümes zu *Mentze* darzu gekoren, als wir vernommen han dem Erwirdigen und Edeln herrn *Joffriden von Lyningen* jren mit dumherren Unſern lieben Neuen zu eynem Ertzbiſchoff zu *Mentze* eyntrechtiglichen erwelt, und gekorn haben, daz wir den vorgenanten prelaten und dumherren umb die vorgeſchriben erwelunge In gemeyn noch irm beſündern nicht gegeben oder nicht verheiſſen, gelobt, noch geredt haben zu geben noch nymand von geheiſſe unſre wegen noch von unſerme vorgenanten Neuen herrn *Joffriden* Schaffen zu geben, oder auch nit gewiſt hatten vor der Electien daz die Arbitratores von dem Capitel des Dumes zu *Mentze* weren und were es daz ſie daruber ymands anders in den vorgeſchriben Sachen verdechte, oder ſchuldigete, der tede yn unrecht und ſprechen und redden daz by unſern furſttlichen eren und

by den glübden und eyden, als wir dem Stüle zu Rome dem heiligen Romiſchen Riche und unſer Kirchen zu *Cölne* gelobet haben und verbunden ſin, dez zu urkunde iſt unſer ingeſigel an diſen brieff gehangen. Datum *Maguncie* Ipſa die beate *Elyzabeth* vidue, Anno Domini Milleſimo trecenteſimo Nonageſimo ſexto.

XXXVII.

LITTERAE GODEFRIDI AD CIVITATEM MOGVNTINAM.

Wir *joffryt von Lyningen* Erwelt Ertzbiſchoff zu *Mentze*. Enbieden den Erbern wiſen luden den Burgermeiſtern und dem Rade der obgenanten ſtadt unſern fruntlichen gruſs und alles gut und laſſen uch wiſſen, das der Edel *Emiche* graue zu *Lyningen* unſer lieber bruder in dem Capitel zu *Mentze* vor dem dechand und den dumherren daſelbes vor zijden geſtanden hat und dem gemeynen Capitel geoffenbert hat, und geclaget, wie daz drizehen dumherren uſs demſelben Capitel eyn offen inſtrument wyder uns gen Rome geſant haben, nit lange nach dem als wir zu dem ſtiffte zu *Mentze* götlichen und eynmutlich gewelt würden, derſelbe inſtrument inheldet daz wir zu der zijt den ſtifft nit enhetten, und dieſelben dryzehen geſchriben hetten dem Babſte daz wir wider recht umb gelt, und myde willen gewelt weren daz doch gelogen iſt und böslich erdacht darumb

durch

durch derſelben falſchen böſen briefe willen graue *johan von Naſſauwe* wyder ſin ere und wyder ſin eyde nach dem ſtiffte uns und wyder unſer götliche wale geſtanden hat, des falſches und der bosheit ſich die Dumherren alleſament off ir eyde entſchuldiget hant ane *Cüne Herden* von *Büches Johan weyſe von furbach Brüne von Scharpenſtein* probeſt zu *weſel Heinrich Ruwe von Hultzhuſen* und *Friderich Hepe*, die da geinwertig ſtunden da ſich die andern dumherren entſchuldigeten, daz ſie ſolich bosheit, verretniſſe und falſches an uns nit getan haben, und die obgenante inſtrumente und briefe dem Babſt nit geſant enhaben, und auch nit geſchriben haben daz wir alſo gewelt ſin, als der egenante falſche briefe jnnehaldet; des haben wir die egenante fünfe mit unſern briefen die wir yn geſant han ermant daz ſie ſich der egenanten ubeltad auch entſchuldigen wollen, und hat der egenante *Brüne von Scharpenſtein* geantwurt er wölle unſerm brüder nit bichten, waz er gethan habe ijn enruwe ſine ſünde noch nit daz wölle er eyme prieſter bichten, lieben fründe, ſijt dem male daz die obgenante funffe und ir iglicher beſunder ſich ſollicher ubeltad, falſcheit, verretniſſe, und bosheit nit entſchuldigen wöllent, ſo laſſen wir uch wiſſen daz wir ſie alſo dar vor halten wollen daz ſie an dem ſtiffte und an uns felſchlich verretlich und böslich gefaren haben und herumb ſo warnen wir uch und alle erber lude, daz ir uch von den falſchen vorreders böswichtern hüden wöllent und kein gemeinſchafft mit ijn habent, wan ſie mogelich

lich zu keynen ſachen dugent nach dem als ſie an dem ſtiffte und an uns gethan hant und noch degelich dünt, Orkunde unſers Ingeſigels gedrucket in dieſen brief datum Anno Domini M.CCC Nonageſimo ſeptimo.

Fideles & juſti fuerunt XIIII.

Ebirhardus de yppelborn Decanus.
Johannes de Schönburg Scholaſticus.
Wernherus Knebel.
Vlricus de Cronenberg.
Conradus Hyrtzhorn.
Fridericus Hepe.
Johannes de Naſſauwe.
Johannes de Kircheim.
Johannes Winther de Rüdensheim.
Cuno Herden de Büches.
Johannes weyſe.
Henricus Ruwe.
Bruno de Scharpenſtein.

iſtorum ſunt XIII.

Johannes Comes de Rinecke Cuſtos.
Cuno de Stertzelnheim Cantor.
Nicolaus de lapide.
Sifridus de Wartenberg.
Dytmarus de Walen.
Philippus Flach de Swartzenberg.
Orto de Frieſenheim.
Albertus dominus in Hohenloch.
Johannes Hofwart.
Henricus de Mannedal.
Ebirhardus de Lapide.

Hofward

Digitized by Google

Hofward de Sickingen.
Josfridus comes in Liningen.
Johannes de Colnhusen.

XXXVIII.

PRO GODEFRIDO DE LEININGEN LITTERÆ REGIS ROMANORVM AD DNVM BONIFACIVM PAPAM.

Sanctissime Pater & Domine Reverendissime. Dudum vacante Ecclesia Archi Episcopali Maguntina in sacri Romani Imperii gremio constituta, a qua veluti clare & membro principali honor regius & dignitas Imperialis dependet, ne persona nobis displicibilis & contraria aliquorsum ad eandem promoveretur ecclesiam, studiosas & importunas ad Capitulum Maguntine Ecclesie pro Venerabili *joffrido de Lyningen* electo per Capitulum ad eandem Ecclesiam Maguntinam duximus preces nostras ac eciam Ambassiata nostra solempni ad idem transmissa Capitulum apud Canonicos tamquam regie magnificencie gratos & multum ultroneos tandem profecimus & voluntatem Regie votivum & optatum sumus propositum consecuti, quo videlicet joffrido sic electo, nos tamen eodem de assistendo tam S. V. & sancte Romane Ecclesie, quod nobis & Imperio sacro omnibus diebus vite sue totis viribus & potencia contra quoscunque seu quemcunque in prejudicium status seu honoris S. V. ac nostri quomodolibet machinantes unionis

fedus

fedus percuſſimus, ſicut de hac pollicitacionis fine promiſſo inviolabilem obtinemus ciragraphum plurimorum Principum appenſione ſigillorum firmius communitum, nosque non minus firmum ſibi de promovendo & conſervando ipſum circa eccleſiam pignus dedimus & aſtriximus in verbo Regio bona fide, verum Pater beatiſſime licet pro tunc S. V. multiplicatas pro eodem joffrido porreximus preces noſtras, non tamen ſumus regie mentis propoſitum conſecuti, ſuper quo tanto ſumus conturbati amarius & turbamur, quanto S. V. ac eciam noſtra regia Celſitudo circa dictam eccleſiam de perſona ſibi grata plurimum noſcitur indigere, ſi enim dictus *joffridus* noſtro fruſtraretur voto, quod abſit & ab eadem, quod nequaquam fieri poteſt, removeretur eccleſia, ex tunc iter noſtrum verſus Renum, quod jam auſpice Deo, pro reformanda ſacri Romani Imperii republica conſtanter arripimus, poſſet non ſine gravi ſtatus S. V. ac eciam noſtri prejudicio recordari, talia tantaque innumerabilia ſcandala ſequerentur & incommoda, que nedum in dicte eccleſie ultimatum vergerent diſpendium & jacturam, verum eciam S. V. & regii honoris diminucionem & intollerabilem leſionem, ad ſupprimenda itaque ſedicioſa ſcandala & utriusque ſtatus noſtri in antea validius commoda roboranda, tanto amplioribus curis & ſollicitudinibus fatigantur, quanto futuris diſpendiis per promocionem Domini *joffridi*, cui aſſiſtencie noſtre vires ſpoſpondimus, precavemus, movent eciam nos alie cauſe per plurime ad conſervandum dictum

joffri-

joffridum apud eandem Ecclesiam, cum quod dicta Maguntina Ecclesia Romani Imperii principale sit membrum, corone regni Bohemie perpetuis confederacionibus est adjuncta, cum quod ipsius *joffridi* ad eandem ecclesiam per S. V. confirmata persona Electorum principalium votum nostris beneplacitis se conformat, cum eciam quod spes certa nobis conceditur quod horrendi scismatis dampnabile scandalum, quod in ecclesia Dei diutine perniciose desevit, de proximo supprimi poterit & deleri, quod utique si secus fieret, indubitabiliter augeretur, ideoque e S. V. devotissimo studio humillimi supplicamus & in intimis cordis desideriis affectantes, quatenus S. V. nedum regie consideracionis iutuitu, verum precipue eciam status futura firmitate pensata prefatum *joffridum*, de quo plene fidei firmam possidemus fiduciam, ad eandem ecclesiam Maguntinam dignemini confirmare seu sibi, si opus fuerit, de novo gracioſius providere & *johannem de Nassauwe* ab eadem absolvere & penitus removere & ad aliam proximam vacaturam ecclesiam promovere, accepcissimam vel in eo Pater beatissime! graciam facientes perpetuis temporibus promerendam, prout super hiis honorabilis *johannes Klett &c.*

A margine Datum Anno Dni MCCCXCVIII.

XXXIX.

Digitized by Google

XXXIX.

CONCORDIA JOHANNEM DE NASSAV PROVISVM APOSTOLICVM INTER ET QVOSDAM CAPITVLARES QVALITER INEVNDA?

Wir *Eberhart von yppelborn* Dumdechan, *Wernher Knebel* dumherre dez Dumes zu *Mentze*, und *heintz zum Jungen* und *Henne zum Genſefleiſch* burger zu *Mentze*, bekennen mit dieſem offen brieue als die erbern her *Cune* von *Stertzelnheim* ſenger herr *clas vom Stein* herr *Syfrid von Wartenberg* herr *philipps flache* herr *johann hofwart* herr *orte von friſenheim*, herr *heinrich von Mannendal* herr *hofwart von Sikingen* her *Eberhart von Stein* und Junckher *Conrad Ringraue*, *wildegraue zu Düne* dumherren zu Mentze ſich mit dem Erwirdigen in Gott vatter und herren herrn *johan* dez heiligen Stüls zu *Mentz* Ertzbiſchoff, unſerm lieben gnedigen herren umb ſoliche zweyunge als zwiſchen yn geweſt iſt in der zijt vor und nach als unſer geiſtlicher vatter der Babſt yme von dem Stiffte zu Mentze providiret hat gentzlichen und grüntlichen gerichtet und geſünet han nach lude ires briues den ſie yme gemeinlichen daruber geben han, und darnach der obgenante Dumherren iglicher unſern vorgenanten herren von *Mentz* eynen beſundern brief in eynem mande dem nehſten nach datum diſſes briefes, folgende mit zwein ſiner fründe Ingeſigel, verſigelt geben hat. Innehaltende: daz ſie alle und ir iglicher den brief, den

ſie

ſie gemeinlichen unſerm obgenanten herren von *Mentze* geben han ſtete und feſte halden ſollen und uns dem egenanten unſerm herren von *Mentze* da fur vorſigelt han, alſo ob ſie ſolliche brieue in eynem mande nit geben und fertigeten in der maſſe als vorgeſchriben ſtet, daz wir dann gein *Eltuil* in eijn offen herberge komen ſolden in rechte giſelwiſe, und nit von dannen kommen ane willen und wiſſen dez vorgenanten unſers herren von *Mentze*, dez reden und globen wir mit rechter warheit mit dieſem brieue, wer es daz die vorgeſchieben dumherren alle jre eyner oder me verbrechen und ire briue mit zweyn Iren frunden verſigelt in dem nehſten mande inder maſſe als vorgeſchriben ſtet nit geben, oder fertigeten wan wir dan von dem egenanten unſerme herren von *Mentze* mit briuen oder boden gemanet wurden, ſo ſollen wir zuſtunde ane geuerde gen *Eltuil* komen in eynes offen wirtes huſe dar jn wir gewiſet wurden unſer iglicher mit ſin ſelbes libe und zweyn pferden rechte giſelſchaft halden und von *Eltuil* nit komen, die vorgenante Dumherren die daran ſumig weren haben dann jre brieue in der maſſe als davor geſchriben ſtet, gefertiget und geben, oder ez ſy, mit willen wiſſen und orlaube, dez vorgenanten unſers heren von *Mentze* ane alle geuerde, dez zu wrkunde hat unſer iglicher ſin ingeſigel an diſſen brief gehangen, Datum *Maguncie* die dominica proxima poſt feſtum ſancti *Jacobi* Apoſtoli. Anno domini Milleſimo trecenteſimo nonageſimo octavo.

Concordia inter joannem Moguntinum & ipſius olim corrivalem Godefridum Comitem de Leiningen facta per Rupertum Imperatorem anno MCCCCI. facta legatur apud de *Gudenus Tom. IV. p.* 2.

XL.

LITTERÆ E. DE LEININGEN FRATRIS DEFVNCTI GODEFRIDI AD CONSVLES ET CIVES MOG. SVPER VARIIS IN CAVSA ELECTIONIS GODEFRIDI.

Wir Graue *Emiche von Lyningen* Enbieden den Burgermeiſtern und allen Zünfften der ſtat zu *Mentze* unſer fruntlichen gruſſ und waz wir gudes vermogen Erſamen, unſern beſundern lieben Frunde als uch wol wiſſentlich mag ſin, wie zu den zyden, der Erwirdige in Gotte vatter und herre, herr *Jo.* Ertzbiſchoff zu *Mentze* min gnediger lieber here und myn brüder ſelige, den der almechtig Got gnedig wolle ſin nach dem ſtiffte zu *Mentze* ſtunden, waz handelunge und leuffe zu den zyden ſich ergangen iſt, nit noit zu dieſem male alle zuſchriben und wir laſſen ez umb dez glymplichſten willen, zu dieſem male underwegen aber daz uns ſelbeſt angeet, daz wollen wir uch eyns teyls, ſo wir daz mit den allerbeſcheidenlichſten und glymplichſten worten geſetzen und verkünden doch alſo daz ir verſten, und gemercken mogent

ob

ob wir uwer anwiſunge nit kunden genieſſen, daz uns daz Capittel dez dums zu *Mentze* eyn wandel und korunge von der ſache wegen dhun und gen uns abedrage, waz dan fort darnach gee mit worten und wercken, daz wir doch zumale fruntlich gütlich und glimplichen an den dechanden und Cappittel erfordert han mit Schrifften und mit uns ſelber in yrme Cappitel, und auch gerne gefolget hetten des unſers gnedigen herren herren von *Mentze* reden, dryn mit namen dem edeln Graue *Adolff grafe zu Naſſaw* unſerme lieben ſwager, meiſter *Heinrich Ernfelſch* und *johan Retich* daruff ſie uns kein antworte nit engaben, und von uns verſtügen und mit namen nit uffnamen, Erſamen wiſen beſundern lieben frunde. Nu ſullent ir wiſſen und verſten, daz wir zu den vorgenanten zyden mit dem dechan und Capittel redten und ſie ſo dinſtlich baden daz ſie unſern vorgenanten bruder ſeligen zu eyme Ertzbiſchoffe kieſen, erwelen und by yme verliben wolten, daz wolten wir mit ſunderheit umb den ſtifft verdienen und uns mit etlichen phantgutern und Schulden zu dem ſtiffte alſo machen, daz ſie etz billiche zu danke von uns nemen und alſo wart zuſchen yn und uns bedinget und geredt, daz wir yn eyn ſumme geltes benanten, die meynen und gleuben daz ſie ſich an funfzig tuſent guiden davor wir uns mit etwiefyl unſſer magen und Fründen yn vergiſeln moſten uſſer einer herburge zu *Mentze* nit zu kommen wir hetten en dann nach beſſer Sicherheit getan, mit dem Erwirdigen in Gotte vater und herrn herrn *Fride-*

rich seligen Gedechtnisse Ertzbischoff zu *Collen* unser gnediger liben herrn und dem hochgebornen Fursten herrn *Bernhart* Marggrauen zu *Baden* unserm lieben herren und Swehern und ire beyden Frunde ein grosse zale darumb auch wir ein lange zyt mit unsern lieben frunden und magen gemanet worden, und lange in der herburgen zu rindsfuse zu *Mentze*, bis daz wir die vorgenante Sicherheit von den vorgenanten unsern beyden herren gedaten so han wir auch manich grosse summe geldes dargeben, gelehent, und uff gewonnen, under juden und Cristen, alles uff solichen glauben, gute worte zusagen und geheiss, und obe wir sprechen uff solichen eyde, die darzu geschcheen weren soliche grosse unuerwentliche usgabe Kosten und Schaden, die wir gehabt han und noch degeliche han, unserme arme graueschafft in langen zyden und jaren nit uberwinden mag, wa wir dez nit erstadet werde, herumb so biden wir uch alle semetlichen, und iglichen besundern fruntlichen und umb unsers verdienes willen, daz Capittel zu *Mentze* zu underwisen, daz sie uns die vorgerorten briefe wydergeben, unser ussgaben, gulte Kosten, Schaden, und verlost die wir ussgeben han, und noch degelich ussgeben, und liden Keren und gen uns abetragen ane verziehen als wir meynen daz uns noit sy, mögen wir uwer ane wisunge geniessen, daz also geschee, daz wollen wir gerne umb uch, sementlich und besundern verdienen, möchte aber dez nit gesin, sollen wir dann herfor brengen von dem Capitel wie sich die sache ergangen und geschehen

ſchehen ſint, und daz ernüwen und uns forter von yn beclagen als wir meynen, daz uns noit ſy. Und obe wir dann auch hernach ſchriben, ſegten, oder melten und offenberten und anslügen, an Kirchen und Cluſen, oder wa wir daz gerne teden, daz herr *hermann von Ppelborn* der dum dechan und *Giſenheimer* und ir geſelſchafft yre eyde nit gehalden, und uns mit yrer falſchen veredery und bosheiden zu ſolichem groſſen verderplichen Schaden bracht hetten, und obe wir auch ſchriben und ſegten, daz etzliche erber herren noch in dem Capittel, daz alles baſſ, und alſo wol als uns kundig und wiſſende were, daz ir dan hernach obe wir daz deten, und ir daz gewar wordent, daz ir dann wiſtent und verſtündent waz uns herzudrunge und biden, und getruwen uch auch wol und fordern an uch gemeinlichen und uwern yglichen beſunder daz ir dem vorgenanten Capitel nü fort me nit zülegent, kein gemeinſchafft mit yn habent beholffen ſint oder zulegent in keynerley wiſe, als wir uch dez auch beſunder wol getruwen, und meynen auch, daz ir ez billich dünt, detent ir dez nit alſo, lydent ir dann eynchen Schaden von uns unſern helffern oder den unſern, dez wolten wir unſer helffer und die unſern von uch unbetedinget ſin, und uch hie myde erfolget han, und wir begeren uff diſſer alles uwer beſchriben antwirte, in diſen acht dagen uns gein *hartenberg* verſchriben laſſen wiſſen, da wir uns wiſſen, und mogen nach zu richten verſigelt mit unſerm Ingeſigel daz wir han dun druken zu ende diſer Schriffte, geben zu *hartenberg* uff dinſtag

nehſt nach dem heiligen phingeſtage, Anno domini MCCCCxvij.

Univerſitas Moguntina è redditibus Eccleſiarum Collegiatarum in- & extra civitatem exiſtentium fundata & per tria ferè Secula in hodiernam diem usque plurimam partem conſervata.

XLI.

SIXTVS IV. PONTIFEX ARCHIEPISCOPO MOGVNTINO DIETHERO RESPONDET AD LITTERAS (IN QVIBVS PROPOSITVM APERVIT ERIGENDI ACADEMIAM MOGVNTINENSEM) AC EJVSDEM PETITIS ANNVIT.

Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. In ſuperne dignitatis Apoſtolice ſpecula licet immeritì diſponente Domino conſtituti, ad univerſas fidelium regiones noſtre vigilantie creditas earumque profectus & commoda tamquam univerſalis gregis Dominici Paſtor commiſſe nobis ſpeculationis aciem quantum ex alto nobis permittitur, extendentes; ac circumſpecte in arcbano pectoris noſtri revolventes, quod per litterarum ſtudia fideles ipſi efficiuntur ſcientiis eruditi, equum ab iniquo diſcernitur, ignorantie pelluntur nubila, divini nominis fideique catholice cultus protenditur, juſtitia colitur,

tam

tam publica quam privata res geritur, omnisque ſpes humane conditionis augetur; inducimur non indigne, paſtoralem curam circa ea impendere ſtudioſe, per que ſtudia hujusmodi, in locis ad hoc congruis & oportunis erigi & plantari, ac inibi indies, dante Domino, augeri Virique litteris eruditi alios introducere & introductos gradibus decorare valeant; & ut ferventius litterarum ſtudiis inibi intendant, ſtudia ipſa prærogativarum privilegiis, ad aliorum jam diu erectorum ſtudiorum inſtar, non immerito, temporum & rerum occurrentium qualitatibus penſatis, nitimur honorare. Sane ſicut exhibita nuper pro parte Venerabilis fratris noſtri *Dietheri* Archiepiſcopi Moguntini petitio continebat, ipſe premiſſa conſiderans, ac non ſolum ad utilitatem Reipublice & civium habitantium & Incolarum Civitatis & Dioceſis Moguntine, ſed etiam aliarum vicinarum partium laudabiliter totis conatibus intendens, quadam ſingulari affectione, quam ad civitatem, cives, habitatores & incolas hujusmodi habere dignoſcitur, in eadem civitate que inter alias partium Germanice nationis civitates plurimum notabilis & inſignis exiſtit, & in qua etiam aëris temperies viget, ac victualium habetur abundantia, ceterarumque rerum ad uſum hominum pertinentium copia reperitur; erigi, conſtitui & ordinari ſtudium Generale in qualibet licita facultate, ut ibidem fides ipſa dilatetur, erudiantur ſimplices, equitas ſervetur, vigeat ratio, illuminentur mentes, ac intellectus hominum illuſtrentur; Quare

pro parte dicti Dietheri Archiepiſcopi, qui etiam Imperii Romani Collector, ac ipſius Imperii per totam ipſam germanicam nationem Archicancellarius exiſtit, pro decore & honore ipſius civitatis Moguntine nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in eadem civitate Moguntina ſtudium generale erigere, conſtituere & ordinare ac ſtatuere, quod in eadem civitate Moguntina de cetero ſit ſtudium Generale adinſtar *Bononienſis*, *Pariſienſis* & *Colonienſis* ſtudiorum generalium, illudque inibi perpetuis futuris temporibus vigeat tam in Theologie, juris Canonici & Civilis, quam alia licita Facultate ſive ſcientia & alias in premiſſis oportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui ejusdem fidei exaltationem, propagationem ac divinarum pariter & humanarum ſcientiarum augmentum, equitatisque & juſtitie ſemitam, noſtris potiſſime temporibus vigere affectamus, ejusdem Dietheri Archiepiſcopi in Domino bonum propoſitum plurimum commendantes, illius in hac parte ſupplicationibus inclinati; ad laudem Divini Nominis & ejusdem fidei Catholice propagationem in eadem Moguntina civitate ſtudium generale auctoritate Apoſtolica tenore preſentium perpetuo erigimus, conſtituimus & ordinamus ac dicta authoritate ſtatuimus & etiam Decernimus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus in illa ſtudium generale vigeat adinſtar *Bononienſis*, *Pariſienſis* & *Colonienſis* ſtudiorum predictorum tam in Theologie, juris Canonici

nici & Civilis, quam alia qualibet licita facultate ſive ſcientia, quodque Magiſtri in Theologia, Doctores, Legentes ac ſtudentes inibi, omnibus & ſingulis Privilegiis, libertatibus, exemptionibus, immunitatibus, gratiis & indultis, quibus alii Magiſtri, Doctores, Legentes & ſtudentes in *Bononienſi*, *Pariſienſi* & *Colonienſi* ſtudiis gaudent & utantur, uti, potiri & gaudere libere & licite poſſint.

Et inſuper illi, qui proceſſu temporis gradus meruerint in qualibet ex facultatibus licitis predictis, in qua ſtuduerint, ſibi docendi licentiam ut alios erudire poſſint, ac aut Magiſterii ſeu Doctoratus honorem elargiri per Magiſtros ſeu Doctores illius facultatis ſive ſcientiæ, in qua fuerit examinatio facienda, dilecto filio Georgio Phinzing Decretorum Doctori & pro tempore exiſtenti *Prepoſito Eccleſie Beate Marie ad gradus Mogunt.* vel ejus ſufficienti & ydoneo vicario, quem ad hoc idem Prepoſitus duxerit deputandum; Prepoſitura vero ipſius Eccleſie vacante, illi, qui ad hoc per dilectos filios, Capitulum, ipſius Eccleſie deputatus extiterit, preſententur; Idemque Prepoſitus, ſeu ejus Vicarius aut deputatus ut preſertur, Magiſtris ſeu Doctoribus in eadem facultate inibi pro tempore regentibus convocatis, illos in his, que circa promovendos requiruntur, ad Magiſterii ſeu Doctoratus honorem juxta modum & conſuetudinem in predictis vel aliis ſtudiis generalibus & alias juxta Conſtitutionem felicis recor-

dationis *Clementis* Pape *IV.* predeceſſoris noſtri in Concilio Lugdunenſi editam, examinare ſtudeat diligenter; eisque ſi ad hoc ſufficientes & ydonei reperti fuerint ac docendi licentiam & honorem hujusmodi obtinuerint ut prefertur, ex tunc absque examine & approbatione alia, tam in predicto quam in ſingulis aliis ſtudiis generalibus, in quibus legere voluerint, docere poſſint & valeant, ac ſi in aliis ſtudiis hujuſmodi licentie aut Doctoratus gradus ſuſcepiſſent. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Bononienſis, Pariſienſis & Colonienſis ac ſingulorum aliorum generalium ſtudiorum predictorum etiam juramento, Confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre erectionis, conſtitutionis, ordinationis, ſtatuti, decreti & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum *Petri & Pauli* Apoſtolorum Ejus ſe noverit incurſurum.

Datum *Rome* apud S. Petrum anno Incarnationis Dominice MCCCCLXXVI. nono Kal. Decembris, Pontificatus noſtri Anno ſexto.

XLII.

Digitized by Google

XLII.

LITTERAE AB ARCHIEPISCOPO DIETHERO PVBLICARI JVSSAE, QVEIS DIEM APERIENDI STVDII GENERALIS MOGVNTINI DETERMINAT.

Dietherus D. G. ſanĉte Moguntine ſedis Archi Epiſcopus, ſacri Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius ac Princeps Elector, univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus ſalutem in Domino ſempiternam. Cum multa divinitus a Majoribus noſtris inventa atque inſtituta ſunt, nihil tamen preclarius & ſacro-ſanĉte fidei Catholice honorificentius & utilius, publicis ac privatis rebus commodius, otio, paci atque ſaluti populorum ſalubrius, quam quod Clariſſimorum & Doĉtiſſimorum hominum conventus publicos ac ſcholas congregari celebrarique voluerunt, ut teneri & rudes adoleſcentium animi omnis eruditionis & doctrine ignari atque expertes, ne dum virtutibus, quibus bene beateque vivendi rationem acciperent, inſtituerentur, verum etiam litterarum cognitione & preceptis ſapientie imbuti ac edoĉti, religionem divinam perite conſtanterque docendo, dignitatem & preſtantiam rerum publicarum ſapienter adminiſtrando ac populi ſalutem prudenter conſulendo ornarent, augerent atque conſervarent, quorum ſapientie, fidei, poteſtatisque chriſtiana religio, res divina, cerimonie, ſacra, animarum ſalus, jus, imperium & orbis terrarum gubernacula, vita, libertas, are, foci, curatio

corpo-

Digitized by Google

corporis, bona fortuna, domicilia, res denique familiaris committi credique poſſint; quis enim unquam melius, ſublimius, acutius atque preſtantius contra Athenienſes ſeculi Philoſophos in Ariopagon aut in ſinagoga contra legis divine prevaricationes, quam preclarus & eximius gentium Doctor Paulus diſputavit atque diſſeruit? aut quis hereticorum intricabiles nodos ac verſutias, prudentius atque potentius contudit, diſſolvit & penitus disjecit? Denique ad majeſtatem veri & ſingularis Dei cognoſcendam & adorandam, devios ac errantes populos facilius atque ſapientius revocavit, commonuit, incitavit, ac creſcentis Eccleſie fundamenta firmius jecit & fundavit, quam Divorum Doctorum auctoritas?

Quamdiu porro divinus honor, ſacramentum vere fidei, ac pietas, moderatio, conſtantia, juſtitia, quibus veluti tenaciſſimis nervis ac vinculis Chriſtiana respublica tenetur ac ſolidatur, in noſtri evi hominibus permanerent, niſi ſapientiſſimis & fidiſſimis ſuis monitis atque inſtitutis divine legis periti in pectoribus hominum tantarum ſemina virtutum ſerere & fundare conſueviſſent.

Quando inſuper Respublica apud omnes gentes felicior, beatior, affluentior ac ſplendidior fuit, quam cum eam docti & ſapientie ſtudioſi gubernabant; nunquid *Abraham* multarum Gentium Pater peritus fuit in omni ſcientia Egiptiorum & Israhelitice gentis inclitus Dux *Moyſes* tanti populi ferociam ſine lege & ſcientia regere potuiſſet;

Joſeph

Joſeph quoque non nobilitate generis, non divitiarum multitudine, ſed ſola qua nitebatur, ſapientia, obtinuit, ut dominaretur in omni terra Egipti; & divinus ille Citharedus *David*, cum ipſe eſſet ſacre legis eruditiſſimus & ſcientia veluti angelus Dei reſplenderet, *Nathan* tamen Prophetam & Sadoch ſacerdotem ut omnia ſapientum conſilio ageret, penes ſe habuit. Quid *Salomon* dignus tanto Patre heres & in regno ſucceſſor non aſpernandus? num univerſis mundi ſpretis contemptisque divitiis ac honoribus ſolam a Deo ſapientiam ad regendum populum ſuum, qua cunctos mortales anteibat, petivit & exoravit? Macedo vero *Alexander* non minus momenti in bonarum artium cognitione, quam in tanto ejus Imperio quo maximam orbis terrarum partem occuparverat, ponebat; unde & ſuarum expeditionum comites & comilitones ſemper habuit tam preclaros Philoſophos tum etiam preclariſſimorum Authorum codices, quibus omne ab armis otioſum tempus impenderet; Julius quoque Ceſar in univerſi orbis terrarum Imperii faſtigio conſtitutus adeo ſtudioſus doctrine fuerat, ut Lune ſolisque meatum inveſtigans, tempus per annos, menſes, dies, horas, momenta atque puncta divideret; *Auguſtus* dehinc *Octavianus* tanto deſiderio doctrine ardebat, ut liberos ſuos, quibus orbem terrarum derelicturus eſſet, nedum litteris erudiri juſſit, verum etiam ne otioſe turparent, ad lanificium aſſuefecit.

Sed

Sed quorſum hec tam longo repetita principio? ut intelligant noſtri evi homines, & in publicis & privatis actionibus nihil quicquam magna laude dignum ſine litterarum peritia fieri poſſe; nam quis unquam tam magno & excellenti ingenio & tam ſubducta ratione fuit, ut ſine earum cognitione quid Dei religio, quid Chriſtiane leges, quid fides, quid pietas, quid Prelatorum officium, quid populorum & omnium Gentium mores neceſſitatesque deſiderent, quid & jura ſinant, quid denique anime corporibusque mortalium conveniat & conducat, inveſtigare atque intelligere unquam potuit. Quarum ſcientia quam ſit neceſſaria, ut ſine ea difficile ſit, quemquam poſſe ſalvari, non humanus, ſed divinus ſermo probabit. Ait enim Iſaias, qui non didicerit juſtitiam, Dei veritatem non faciet. Idem de hoc ipſo; & quis erit conſummatus inter filios hominum, ſi abfuerit ab illo ſapientia Dei? in nihilum computabitur. Vani ſunt enim omnes homines, quibus non eſt ſcientia legis Dei, unde liberator noſter in Evangelio ad eos, qui aliter, quam ſe habebat veritas, ſuſpicantes erant, reſpondit: *erratis neſcientes ſcripturas*, oſtendens, in ſumma rerum neceſſariarum nebula & tenebris conſtitutos eos, qui ſpiritualem lucernam, id eſt divine legis ſcientiam, habere nollent accenſam, quam quidem repellentes, per prophetam repelluntur, ſicuti ſcriptum eſt; quoniam tu ſcientiam repuliſti, repellam & ego te.

Igitur nobiliſſimi Philoſophi, longeque Principes, equidem homines ſeveri & graves, dum ſe totos

totos virtutibus tradidiſſent, & in inveſtiganda inquirendaque veritate, cujus tamen ſacramentum invenire non poterant, utpote celeſtium litterarum prorſus ignari atque expertes, omne tempus vite ſue ponendum putarent, publicas ſcholas inſtituerunt, inter quos *Mileſius* in grecia claruit, yconicosque Philoſophos primus inſtituit ſue doctrine *Anaximenem* & *Anaxagoram* relinquens diſcipulos; de hinc *Pitagoras* famius, à quo Philoſophie nomen exortum eſt, late ampleque diffundere & extendere cupiens archana litterarum, in eam oram Italie ſeceſſit, que olim magna Grecia vocabatur, ibique ſui laboris fructum copioſiſſimum reliquit: Socrates vero, qui nedum Apollinis oraculo, verum etiam totius Grecie aſſenſu ſapientiſſimus extitit judicatus, ad corrigendos componendosque mores ac vitam mortalium virtutibus exornandam, adolescentulos preſtantis animi plerosque in Scholam ſuam congregavit. Cujus morem ſecutus *Plato* ejus non indignus diſcipulus, Achademiam preclara ſua doctrina & eruditiſſimorum virorum frequentia nobilitavit; Deinceps *Ariſtoteles* Peripateticam ſectam condens, quam deambulans diſputare conſueverat, plerosque diſcipulos preclara fama in ſectam ſuam adduxit, quibus poſterius *Criſippus* & *Xenocrates*, aliique innumerabiles ſapientie ſtudioſi ſucceſſerunt, eorum inſtituta ac morem imitantes, qui per orbem terrarum neceſſarius & ſalutiferus a poſteris judicatus, in hec usque tempora ab illis derivatus, frequens celebratur.

Nos

Nos igitur animadvertentes & in animo noſtro ſedula meditatione divinam bonitatem atque clementiam revolventes, quæ inter reliqua ſue in nos liberalitatis & munificentie dona ad ſummum & ampliſſimum ſacerdotii gradum immeritos ac indignos nos provehere & S. Moguntine Eccleſie Gubernaculum noſtris humeris tametſi tanto oneri imparibus imponere voluit, impellimur profecto circumſpicere & meditari, ſi nos quoque aliquem fructum in vinea Domini, noſtri evi hominibus afferre poſſemus. Nichil autem dignius, magnificentius, preſtabilius, commodius atque ſalubrius efficere nos poſſe ſumus arbitrati, quam, ſi ad erudiendam, inſtituendamque litteris ac bonis moribus vitam mortalium, illorum ſapientiſſimorum virorum, quos ſupra memoravimus, ritum imitantes, conventum clariſſimorum & doctiſſimorum hominum & Scholas publicas in civitatem noſtram Moguntinam convocaremus; illam inquam Moguntiam, que Magiſtra morum & diſcipline ac virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum, divine religionis ac fidei obſervantiſſima ſemper fuit, quam Divus propterea *Hieronymus* nobilem urbem appellans, ab Arrianis quondam perfidis Chriſti hoſtibus, dum ſacramentum vere fidei orthodoxe conſtanter ſuo ſanguine defenderet, captam, deſtructam atque penitus exciſam fuiſſe teſtatur. Hec profecto civitas ſitus opportunitate & ſplendore ac aliarum maximarum rerum admiratione digniſſima inter alias, quæ ſupra ripam predivitis Rheni fluminis ſite ſunt, tanquam ſol inter ſidera micat

atque

atque reſplendet; Etenim ea eſt civitas, que de omni Genere laudis atque virtutis, cum quavis, non modo earum, quæ hac tempeſtate preclare & celebres habentur, ſed etiam cum omni poſſit antiquitatis memoria contendere.

Inprimis vero Moguntie adeo benigne a natura parente letus & fertilis tributus eſt ager, ut non modo indigenarum, inquilinorum & advenarum alimonias, frugumque copiam abunde ſuppeditet atque ſubminiſtret, verum etiam finitimis & longinquis regionibus ubertatem elargiri ſoleat. Omnia enim, que vite quottidiane neceſſaria ſunt, tam pleno, ut ajunt, cornu in promptu poſuit, ut nichil ab exteris regionibus pro uſu humano petendum ſit. Accedunt preterea tot immenſa venerabilium ſacerdotum collegia, tam magnifica & ſplendida templa divine veneration dicata, tum vero ipſa Archiepiſcopalis ſedes civitatis Moguntine pleno jure Domina.

Surgunt inſuper, quoquo te verteris, tot tanteque domus, tot edes regie, digna Scholaſticorum virorum habitacula, quorum numerus & magnificentia ſpectabilem urbem & admirandam efficiunt. Preteribimus hoc loco Hortorum amenitatem, ſaluberrimum aërem, commoditatem atque fertilitatem preclari & opulenti fluminis Rheni, ſive Germania altior, ſive petenda ſit humilior. Et quod ei non parum laudis attribuit, copioſiſſimis & nobiliſſimis Germanie civitatibus vicina eſt; Rheni

vero Publicani prudentiſſimi & integerrimi viri, optimis legibus ac inſtitutis temperant.

Illud vero precipuum & memorabile donum celandum non eſt, quod ſanctiſſimus & beatiſſimus in Chriſto Pater ac Dominus, D. *Sixtus* divina providentia Papa IV. ac Dominus noſter clementiſſimus pro divina & admirabili ſua in nos pietate & clementia noſtro hoc inſtituto & novelle Schole Moguntine innumerabiles Libertatis ac munificentie dotes per ſue beatitudinis litteras benigne & clementer contulit, eamque Bononienſi, Pariſienſi atque Colonie Agripinenſi omnium Privilegiorum, immunitatum & facultatum prerogativis & antelationibus equari voluit.

Veniant igitur in hanc nobilem civitatem noſtram Mogontiam & hoc novellum ſapientie ſtudium celebrent, qui laboribus ſuſceptis periculisque aditis ſcientie Margaritam invenerunt & divinitus ipſis conceſſum talentum in uſus communes expendere ac lucernam, quam aſſiduis ſudoribus accenderunt, non in abſcondito, neque ſub modio; ſed ſuper candelabrum, ut luceat illis, qui ad virtutis viam ingredi cupiunt, ſecundum legem Evangelicam ponere curent. Veniant inquam illi, qui erudire ad juſtitiam multos bonitate velint, ſcientia ſciant, auctoritate poſſint, a nobis profecto dulciſſimos fructus & digna laborum premia conſequentur; Quid enim dulcius quam quod tuo ſtudio ipſe inveneris, id alteri impartiri & communicare?

care? ad quam quidem rem natura ipsa procreati & instituti videmur, ut, quod omnibus fructuosum esset, id in medium summa cum animorum alacritate profunderemus. *Solonem* illum Athenienſem, unum ex ſeptem Grecie ſapientibus non obſcurum imitantur, qui hoc uno verſiculo gloriari ſolebat, ſe videlicet quottidie aliquid diſcentem, ſenem fieri. Ad hanc certatim feſtinent preſtantis animi juvenes, vere ſapientie amatores, quorum ſi aret ingenium, de fontibus illius poterit irrigari: Veniant, qui varia ſcripturarum poma decerpere & talibus utentium deliciis illorum frui deſiderant amplexu. Veniant, qui viam virtutis ingredi & veram beatitudinem cupiunt indagare: accedant ſitibundi ad fontem ſapientiæ, ut de rivulis ejus potantes ſapiant & de amare Litterarum radice immenſam voluptatem, dulciſſimos fructus & ampliſſimos honores capiant. Nam ſive voluptas queritur, hic certe invenitur habent enim Littere maximam quandam voluptatem diſcendi, ut de illis vere dici poſſit, quod Eximius Poëta *Flaccus* ajebat: omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci.

Que enim per Deum immortalem major voluptas aut dilectio eſſe poſſit, quam, cum cujusque rei rationem aut notionem nobiſcum reputamus, aut cum aliis communicamus, ſi enim ingenii humani pabulum & cibus ſit ratio ipſa, quo frequentius eo cibo utatur animus, eo majore perfruatur voluptate, neceſſe eſt. Preclare igitur Flos & tuba

Romani eloquii *Marcus Tullius Cicero* voluptatem potius quam laborem discendi appellandum censuit. Quantum insuper ornamenti, splendoris & glorie, Litteræ se colentibus afferant, vel hinc maxime intelligi potest, quod omnes earum studiosos, aut ex ignobilibus claros, aut ex claris clarissimos & celebratissimos viros reddunt; quo sepe venit, ut & humili loco nati ad summam dignitatem consurgant.

Socrates ille clarissimus, *Phanarete* matre obstetrice & Sophronio patre Marmorario genitus, ad clarissimum glorie lumen excessit; Quam vero matrem *Euripides* aut quem patrem *Demosthenes* habuerunt, ipsorum quoque seculo ignotum fuit, alterius autem matrem olera, alterius vero patrem cultellos venditasse, omnium pene doctorum littere loquuntur. Sed quid illius tragica, aut hujus oratoria vi clarius? Neque evo nostro doctissimis viris virtutum suarum debita premia desunt, quos ad altissima honoris fastigia sola litterarum doctrina continuo provehi & extolli videmus, ut recte illud de ea dici possit: suscitans a terra inopem & de stercore erigens pauperem; ut sedeat cum principibus & solium glorie teneat. Verum cum in re minime dubia testibus & exemplis non egeamus, illud pro confesso relinquamus, quod jam tritum sermone & re ipsa probatum sit proverbium, nichil esse inter mortales, quod adeo repente exornet, nobilitet ac demum viros claros ac immortales reddat, quam disciplina & litterarum

rum cognitio. Quam ob rem omnes, qui ſapientiam ſentiunt & tanta virtutis, honoris & commodi ornamenta deſiderant, ſibi ante oculos *Pithagoram*, *Democritum*, *Platonem* ponant, quos litterarum deſiderio ultimas luſtraſſe terras accepimus; ubi enim quidquam eſſet, quod diſci poſſet, eo veniendum judicarunt. Nobilem igitur Mogontiam & hanc novellam Litterarum paleſtram, cui felix ac fauſtum ad proximas Kalendas Octobris principium dabitur, petant, ubi facile eas facultates aſſequentur, quibus ſe ipſos humo tollere, eis ampliſſimas laudes, immenſa commoda & ſuis lætitiam, patriæ gloriam & ornamentum afferre poterunt. Datæ in predicta civitate Mogontina ultimo Kalendas Aprilis anno Domini MCCCCLXXVII.

XLIII.

SIXTVS IV. PONTIFEX PRO SALARIIS PROFESSORVM MOGVNTINORVM ASSIGNAT CANONICATVS ET PRAEBENDAS.

Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Etſi ad univerſa, que noſtris incumbunt agenda humeris ex Apoſtolice ſervitutis officio nobis licet immeritis ſuperna providentia commiſſa, pro eorum ſalubri directione vices extendere debeamus, ex noſtre proviſionis ope debet provenire, ut perſone Eccleſiaſtice, ſcientia & virtutum donis

adornate, perſonas alias ſcientiis & doctrinis, per quas equum ab iniquo, juſtum ab injuſto diſtinguitur, virtutes augentur, & totius orbis occurrentia reguntur, introducentes, de beneficiis Eccleſiaſticis provideantur, ac honoribus & dignitatibus attollentur: Dudum ſiquidem, ſuadentibus nobis nonnullis, per Venerabilem fratrem noſtrum *Dietherum* Archiepiſcopum Moguntinum expoſitis cauſis ad laudem divini nominis & fidei Catholice propagationem in civitate Moguntina ſtudium Generale auctoritate Apoſtolica perpetuo ereximus, conſtituimus & ordinavimus, ac dicta auctoritate ſtatuimus & decrevimus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus in illa ſtudium Generale vigeret ad inſtar *Bononienſis*, *Pariſienſis* & *Colonienſis* ſtudiorum generalium tam in Theologie, juris Canonici & Civilis, quam alia qualibet licita facultate ſive ſcientia, quodque Magiſtri in Theologia, Doctores, legentes & ſtudentes inibi, omnibus & ſingulis privilegiis, libertatibus, exemptionibus, immunitatibus, gratiis & indultis, quibus alii Magiſtri, Doctores, Legentes & ſtudentes in *Bononienſi*, *Pariſienſi* & *Colonienſi* ſtudiis predictis gaudent & utuntur; uti, potiri & gaudere libere & licite poſſent, prout in noſtris inde confectis Litteris plenius continetur.

Et ſicut exhibita nobis nuper pro parte dicti *Dietheri* Archiepiſcopi petitio continebat, ſi ſimili auctoritate Apoſtolica ſtatueretur & ordinaretur, quod in ſingulis B. *Marie ad Gradus*, *S. Johannis*, *S. Ste-*

S. Stephani intra: ac *S. Victoris*, *S. Petri*, *S. Albani*, ejusdem *S. Marie in Campis* extra muros Moguntinos, nec non *S. Petri Fritzlarienſis*, *SS. Petri & Alexandri Aſchaffenburgenſis*, *S. Martini Pinguenſis* ac *S. Bartholomei*, ejusdemque *S. Marie in monte*, ac *SS. Marie & Geargii*, alias *Leonardi Franckfordenſis* & *S. Catherine in Oppenheym* Eccleſiis Moguntine Dioceſeos, in quibus certus numerus Canonicorum habetur & diſtinctio Prebendarum, unus Canonicatus & una prebenda per ceſſum vel deceſſum aut privationem ſeu quamlibet aliam dimiſſionem illorum p. t. obtinentium vacare contingeret, ſingulis perſonis ydoneis, que tamen in Theologia, aut Medicina vel artibus, ſeu aliquibus ex eis Magiſtri, aut in Canonico ſive civili juribus vel utroque Doctores forent & quas Rectores & proviſores dicti ſtudii Moguntini p. t. exiſtentes ad hoc ducerent nominandas, per prefatum *Dietherum* modernum & ſuos ſucceſſores Moguntinos Archiepiſcopos p. t. exiſtentes conferrentur & de eisdem provideretur, ipſeque Archiepiſcopus perpetuo executor exiſteret & ei ſuper hoc, mandatum & etiam plena poteſtas dicta auctoritate Apoſtolica darentur & concederentur, profecto ſtudium hujusmodi eo ſemper de bono in melius ſuſciperet augmentum, quo inibi major foret numerus Magiſtrorum, Doctorum & aliorum Regentium in facultatibus ſive ſcientiis predictis, ac eidem Magiſtri, Doctores & Regentes eo promptius ad hujusmodi laudabile exercitium excitarentur, quo ex hoc pro expenſarum eis incumbentium ſup-

portandis oneribus sibi sentirent posse liberalius provideri; Quare pro parte dicti *Dietheri* Archiepiscopi nobis fuit humiliter supplicatum, ut in premissis oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos qui dudum Prelatis & personis, ad quos dignitatum aliorumque beneficiorum collatio, provisio, presentatio, electio seu quevis alia dispositio pertinet, de quibusvis dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus & prebendis, nec non aliis beneficiis ecclesiasticis cum cura & sine cura, secularibus & regularibus ad eorum collationem, provisionem, presentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem pertinentibus, que in Martii, junii, septembris & Decembris mensibus vacare contigerint, dummodo dispositioni Apostolice generaliter reservata seu ex Generali Apostolica reservatione affecta non forent, perinde ac si a sede Apostolica vel ejus legatis expectative gratie, aut super illis reservationes non emanassent, libere disponendi, cum Decreto irritante concessimus facultatem. Quique universorum studiorum generalium & personarum in eis studio litterarum vacantium profectum appetimus, supplicationibus dicti *Dietheri* in hac parte inclinati, hac presenti, perpetua & irrefragabili constitutione statuimus & ordinamus, quod in qualibet singularum Ecclesiarum predictarum unus Canonicatus & una prebenda, quos postquam nostre presentes littere in pre-

fato

fato ſtudio Moguntino fuerint publicate, & ex tunc qualitercunque tam hac prima quam qualibet alia vice extra Romanam curiam ſimul vel ſucceſſive, etiam in menſibus ordinariorum per predictam noſtram conſtitutionem conceſſionem per ceſſum vel deceſſum, ſeu privationem aut quamlibet aliam dimiſſionem eorum p. t. obtinentium, vacare contigerit cum plenitudine juris Canonici, ac omnibus juribus & pertinentiis ſuis, ſingulis perſonis ydoneis, que tamen in eisdem Theologia aut Medicina vel artibus ſeu aliquibus ex eis Magiſtri, aut in Canonico ſeu Civili juribus, vel utroque eorum Doctores fuerint, & quas Rectores & proviſores dicti ſtudii Moguntini p. t. exiſtentes ad hoc duxerint nominandas, etiam ſi quelibet perſonarum ipſarum plura beneficia Eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura, ſecularia, vel ordinum quorumcunque Regularia in titulum vel commendam obtinuerint, dummodo ipſi Canonicatus & prebenda diſpoſitioni apoſtolice generaliter reſervati non exiſtant, per prefatum Dietherum & ſuos ſucceſſores, Moguntinos Archiepiſcopos p. t. exiſtentes, ut prefertur, conferantur & eisdem perſonis de illis provideatur, ac idem Dietherus & ſucceſſores, perpetuo executores & eis ſuper hoc, mandatum & plena poteſtas data & conceſſa exiſtant. Quodque ipſi Canonicatus & prebende, tam prima quam qualibet alia vice, etiam in menſibus predictis, ſub quibusvis litteris Apoſtolicis gratiarum expectativarum, Revalidationum, Collationum, mutationum, nec non reſervationum, unionum, annexionum &

incorporationum etiam ad perpetuam vel futuram rei memoriam ac nominationum & nominandi facultatum pro quibusvis perſonis etiam in favorem quarumcunque Eccleſiarum, menſarum & perſonarum, ſub quibuscunque verborum formis & cum derogatoriis & derogatoriarum derogatoriis ac aliis inſolitis clauſulis & prerogativis familiarium, continuorum commenſalium noſtrorum & aliorum Romanorum pontificum p. t. exiſtentium etiam motu proprio & ex certa ſcientia conceſſis & in futurum concedendis minime comprehendantur, juribus camere Apoſtolice & Eccleſiarum, in quibus hujusmodi Canonicatus & prebende fuerint, ſemper ſalvis. Predicteque perſone, poſtquam ad eorundem Canonicatuum & prebendarum poſſeſſionem fuerint admiſſe, ſtatim illorum fructus, redditus & proventus percipere poſſint cum integritate. Preterea cum perſone hujusmodi eosdem Canonicatus & prebendas fuerint pacifice aſſecute, ipſe in Facultate, in qua Magiſtri vel Doctores extiterint, in predicto Moguntino ſtudio continue legere ſive regere teneantur. Et ſi ad id negligentes fuerint vel remiſſe, poſſint per dictos Dietherum Archiepiſcopum & Succeſſores, cum pro parte Rectorum ſive Proviſorum dicti ſtudii Moguntini requiſiti fuerint, ad eorum in hac parte debitum exequendum, modis & cenſuris, de quibus ſibi videbitur, coarctari. Et ulterius, ſi aliqua ex dictis perſonis per ſex menſes ultra a debita lectura, ex cauſa quam dicti Rectores ſive Proviſores dicti ſtudii Moguntini minime duxerint ap-

pro-

probandam, ceſſaverint, Canonicatu & prebenda, quos propterea fuerint aſſecuti, alteri perſone, ad lecturam hujusmodi ydonee, per modum premiſſum conferendis, ipſo facto private exiſtant, nullam tamen inhabilitatis maculam ſive notam propterea incurrendo. Quodque etiam perſone ipſe in prima earum receptione in dictis Eccleſiis, juxta illarum ſtatuta aliquid ſolvere, etiam quantumcunque magna per capitula dictarum Eccleſiarum compelli aut coarctari non poſſint. Decernentes ſingulas litteras predictas & quecunque inde ſecuta & quidquid in premiſſis vel quolibet premiſſorum a quoquam, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari, irrita & infecta nulliusque roboris vel momenti. Non obſtantibus predictis litteris ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non dictis ſtatutis & conſuetudinibus Eccleſiarum, in quibus Canonicatus & Prebende hujusmodi fuerint, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, contrariis quibuscunque. Aut ſi aliqui Apoſtolica vel alia quavis auctoritate in dictis Eccleſiis in Canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant, ſeu ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Canonicatibus & prebendis ipſarum Eccleſiarum, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales dicte ſedis vel Legatorum ejus, litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem litteras & proceſſus, earum vigore habitos & inde

ſecu-

secuta quecunque ad dictos Canonicatum & prebendam volumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem Canonicatuum & prebendarum seu beneficiorum aliorum, prejudicium generari. Volumus autem, quod Archiepiscopus Moguntinus p. t. de nominibus & cognominibus personarum, quibus singulos Canonicatus & prebendas hujusmodi, etiam p. t. contulerit, necnon diebus collationum & provisorum hujusmodi gentes Camere Apostolice, seu collectorem vel succollectorem fructuum & proventuum eidem Camere debitorum in illis partibus deputatos, quantocius certificare procuret.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis, ordinationis, decreti & voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum *Rome* apud S. *Petrum* Anno incarnationis Dominice MCCCCLXXVII. XVII. Kal. januarii. Pontificatus nostri Anno septimo.

XLIV.

Digitized by Google

XLIV.

DIETHERVS QVA ARCHIEPISCOPVS ET PRINCEPS ELECTOR MOGVNTINVS BVLLAE SIXTINAE EXECVTOR CONSTITVITVR.

Sixtus Episcopus servus servorum Dei Venerabili Fratri Archiepiscopo Moguntino salutem & apostolicam benedictionem.

Hodie littere nostre emanarunt tenoris sequentis: *sixtus* Episcopus &c. (est eadem bulla inserta, quæ supra 1477. 16 Dec. sub nrō XLIII.) Quo circa Fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus per Te vel alium seu alios, litteras predictas, ubi, quando & quoties expediens fuerit, solemniter publicare, ac eisdem singulis personis, in premissis juxta dictarum litterarum seriem, presidio assistere & postquam eis & eorum singulis de Canonicatibus & prebendis Ecclesiarum predictarum per Te Canonice provisum fuerit, illas & earum quamlibet vel earum procuratores in corporalem possessionem Canonicatuum & prebendarum, juriumque & pertinentium eorundem Apostolica auctoritate inducere & inductas defendere ac personas, vel pro eis procuratores predictos in singulis Ecclesiis predictis ad prebendas sibi collatas hujusmodi, amotis quibuslibet illicitis detentoribus ab eisdem in Canonicos recipi, & in fratres, stallo sibi in choro & loco in capitulo singularum earundem Ecclesiarum cum plenitudine juris Canonici assignatis, & de ipsorum Canonicatuum &

pre-

Digitized by Google

prebendarum ſibi collatorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus & obventionibus univerſis integre miniſtrari; nec non ipſas perſonas, poſtquam eosdem Canonicatus & prebendas fuerint pacifice aſſecute, in facultate in qua Magiſtri vel Doctores extiterint, in predicto Moguntinenſi ſtudio legere facere, & negligentes vel remiſſas perſonas predictas, que per ſex menſes & ultra a debita lectura, ex cauſa, quam dicti Rectores ſive Proviſores dicti ſtudii Moguntini minime duxerint approbandam, ceſſaverint, Canonicatu & prebenda, quos propterea fuerit aſſecute, alteri perſone ad Lecturam hujusmodi ydonee, per modum premiſſum juxta earundem litterarum continentiam atque formam conferre & aſſignare & alia circa hec neceſſaria & oportuna & que Rectores ſive Proviſores ſtudii univerſitatis Colonienſis in ſimilibus exequi poſſunt, exequi procures. Non obſtantibus omnibus, que in dictis litteris voluimus non obſtare, ſeu ſi p. t. exiſtenti Archiepiſcopo Moguntino & dilectis filiis, dictarum Eccleſiarum Capitulis vel quibusvis aliis, communiter vel diviſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi, mentionem. Contradictores auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum *Rome* apud *S. Petrum*, Anno Incarnationis Dominice MCCCCLXXVII. XVII. Kal. januar. Pontificatus noſtri Anno ſeptimo.

XLV.

XLV.

VNIVERSITATIS MOGVNTINAE STATVS ET FVNDATIO PER BVLLAM PONTIFICIAM DECLARANTVR.

Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. In ſuperne dignitatis culmine licet immeriti diſponente Domino conſtituti, dignum cenſemus & debitum, nos ad ea libenter intendere, per que Univerſitatum ſtudiorum quorumlibet conſervationi & in illis ſtudentium commoditatibus valeat utiliter & ſalubriter provideri.

Dudum ſiquidem ex pluribus rationabilibus cauſis tunc expreſſis ſtudium Generale quarumlibet Facultatum licitarum in inclita civitate Moguntina ereximus, & pro illius manutentione & ſupportandis oneribus ſtatuimus, quod in qualibet ex nonnullis Collegiatis Eccleſiis tunc expreſſis, unus Canonicatus & una prebenda, quos poſt litterarum deſuper confectarum publicationem in Civitate predicta factam, per ceſſum & deceſſum aut aliam dimiſſionem obtinentium, illos in quibusvis menſibus etiam ordinariis collatoribus alias conceſſis vacare contingeret, conferrentur per Venerabilem Fratrem noſtrum *Dietherum* & pro tempore exiſtentem Archiepiſcopum Moguntinum in Theologia vel Medicina Magiſtris, aut in utroque vel altero jurium Doctoribus, per Rectores & Proviſores univerſitatis ſtudii ejusdem nominandis;

ac

ac tunc *Prepoſito* Eccleſie *B. M. ad Gradus* Moguntin. *) & eo vita functo, illi, quem Capitulum dicte Eccleſie *B. M.* ad id deputaret, per ſe vel alium ſeu alias perſonas ydoneas repertas ad Gradus, in quibusvis Facultatibus promovendi facultatem conceſſimus; prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur.

Cum autem ſicut accepimus, a nonnullis dubitetur, ne dilecti filii capitulum Moguntinum & nonnulli alii, qui de hujusmodi erectione forſan non contentantur, ut deberent; cum ſit univerſali & Moguntine ac aliis Eccleſiis futura plurimum utilis & fructuoſa, exquiſitis mediis directe vel indirecte conceſſa, pro ejusdem ſtudii conſervatione enervare & ne effectum ſortiantur, ut decet, impedire conentur; Nos attendentes, quod per litterarum ſtudia divini nominis gloria & cultus fidei catholice protenditur, & omnis proſperitas humane conditionis augetur, motu proprio, non ad alicujus nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate & ex certa noſtra ſcientia, ſtatutum & ordinationem predicta de Canonicatibus & Prebendis conferendis, ut prefertur in his duntaxat, qui vacabunt pro tempore, etiam in menſibus, qui juxta Concordata cum natione Germanica per ſedem Apoſtolicam ordinariis cedunt, aut eis alias per nos & ſedem prefatam ſunt conceſſi, locum habuiſſe & habere,

Apoſto-

*) Fuit is *Georgius Pfinzing* Decretorum Doctor, Canonicus Eccleſiæ S. Victoris, *Adolfi II.* Archiep. Mog. Conſiliarius intimus.

Apoſtolica authoritate decernimus, noſtreque & ejusdem ſedis, mentis & intentionis fuiſſe & eſſe nunc & impoſterum, nunquam premiſſis ſtatuto & Decreto derogaſſe vel derogare, ſeu in aliqua parte detrahere, & quascunque Conſtitutiones, declarationes, conceſſiones & literas in contrarium emanatas & quas emanare contingeret a nobis vel ſede predicta, etiam cum derogatione, diminutione ſeu ſuſpenſione ſtatuti & decreti hujusmodi & quibusvis clauſulis derogatoriarum derogatoriis fortioribus & efficacioribus ac inſolitis, etiam motu & ſcientia ſimilibus, ac quorumvis Regum, Principum ac Prelatorum ſtudiorum & laborum ac ſervitiorum impenſorum etiam ſedi prefate & pro fidei negotiis, ſeu jurium ceſſorum aut oblatorum conſideratione, & pro quibusvis etiam ſpecialibus gratis & acceptis perſonis, etiam familiaribus continuis commenſalibus noſtris & p. t. exiſtentibus Romanorum Pontificum ad effectum prerogativarum in aſſecutione beneficiorum Eccleſiaſticorum vigore gratiarum exſpectativarum eis conceſſarum in libris & litteris deſuper conceſſis, deſcriptis & quavis Eccleſiaſtica vel mundana dignitate fungentibus, preter mentem & intentionem noſtram hactenus emanaſſe & impoſterum emanare & utpote mente & intentione (noſtra) ac dicte ſedis carentibus hujusmodi, nullius roboris & momenti fuiſſe & eſſe, licuiſſeque & licere *Diethero* & p. t. exiſtenti Archiepiſcopo Moguntino ac Univerſitati predictis, illis erectis ſtatuto & Decreto predictis uti & de hujusmodi canonicatibus & prebendis in

omnibus Menſibus diſponere, niſi dum & quotiens per diverſas litteras cum inter vallo trium Menſium inter primarum & poſteriorum datum per nos & p. t. exiſtentem Romanum Pontificem, preſentium litterarum inſerto tenore de verbo ad verbum, non autem per clauſulas, que etiam id importare viderentur, Archiepiſcopo & univerſitati predictis intimari contingeret, noſtre intentionis fore, dictis ſtatuto & Decreto preſentibus litteris ea vice derogare, motu, ſcientia & auctoritate predictis declaramus & ſic per quoscunque auditores & judices, etiam ſancte Romane Eccleſie Cardinales in quavis cauſa interpretari & judicari debere in Curia Romana & extra eam ſublata eis quavis aliter interpretandi & judicandi facultate & auctoritate, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari, eisdem motu, ſcientia & auctoritate decernimus.

Et cum Prepoſitus dicte Eccleſie *B. Marie* jam deceſſerit, quod non ille quem Capitulum ejusdem, ſed cuſtos Moguntinenſis Eccleſie nunc & p. t. exiſtens, vel ejus Vicarius in ſpiritualibus Generalis nominaverit, ſit dicti ſtudii Cancellarius, & in promotionibus & aliis actibus eadem qua dictus Prepoſitus fungebatur auctoritate fungatur; paribus motu, ſcientia & auctoritate ordinamus, nec non Capitulo prefatis & ſingularibus illius ac aliis dicte Eccleſie perſonis, in ea quevis beneficia obtinentibus, ne occurrente vacatione Eccleſie Moguntine prefate per ipſius *Dietheri* aut

p. t.

Digitized by Google

p. t. existentis Archiepiscopi Moguntini obitum, vel alias in prejudicium Universitatis studii predicti & immunitatem ac jurium ejus & incorporatorum eisdem diminutionem aliquid attemptare absque Apostolice sedis predicte speciali licentia eis cum presentium insertione de verbo ad verbum in scriptis concessa quoquo modo presumant sub excommunicationis & privationis omnium & singulorum: dignitatum, personatuum, administrationum & officiorum, Canonicatuum & prebendarum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum per eos tunc in dictis Moguntine aut aliis Ecclesiis & locis quibuslibet obtentorum, eo ipso, si contra fecerint, incurrendis penis, dictis motu, scientia & auctoritate inhibemus. Quodque Canonicatus, dignitates, personatus, administrationes & officia, aliaque beneficia hujusmodi obtinentes, nunc in dicta Ecclesia infra mensem post publicationem presentium, & illi, qui in futurum inibi recipientur ad prebendas, dignitates, personatus, administrationes & officia aliaque beneficia hujusmodi p. t. vacantia, dum sic recipientur per se ipsos vel eorum procuratores cum sufficienti mandato de parendo inhibitioni predicte & ei nullatenus contraveniendo, in manibus prefati nunc & p. t. existentis Archiepiscopi Moguntini juramentum prestare teneantur, & si illud prestare recusaverint vel distulerint malitiose, excommunicationis & privationis penas predictas pari modo incurrant, quodque dictarum litterarum executor Universitati, Rectori, Provisoribus, Scolaribus, Custodi & Archie-

chiepiſcopo ac Vicario prefatis in premiſſis efficaci defenſionis preſidio aſſiſtere & preſentes litteras ubi & quotiens expedire cognoverit, ſolemniter publicare, ac eosdem Univerſitatem, Rectorem, Proviſores, Scolares, Cuſtodem, Archiepiſcopum & Vicarium, conceſſis eis per preſentes litteras facultatibus, pacifice uti, potiri & gaudere facere, ac illos, quos cenſuras & penas predictas eis incurriſſe conſtiterit, illis irretitos fore publice denuntiare, & ab aliis denuntiarii, ac ab omnibus arctius evitari facere. Contradictores quoslibet & rebelles per Cenſuram Eccleſiaſticam & alia juris remedia oportuna, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, compellere poſſit & debeat, prelibatis motu, ſcientia & auctoritate ſtatuimus & ordinamus. Non obſtantibus premiſſis ac Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis nec non omnibus illis, que in dictis litteris voluimus non obſtare, ceterisque contrariis quibuscunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conſtitutionis, declarationis, decreti, ordinationis, inhibitionis & ſtatuti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Rome* apud S. *Petrum* anno Incarnationis Dominice M. CCCCLXXVIII. VII. Kalend. Febr. Pontificatus noſtri anno octavo.

Galletus.

XLVI.

Digitized by Google

XLVI.

BVLLA PONTIFICIA, IN QVA CANONICATVS ET PREBENDÆ ASSIGNANTVR PROFESSORIBVS MOGVNTINIS IN SALARIA, AB ARCHIEPISCOPO ET PRINCIPE ELECTORE DIETHERO EXECVTIONI DEMANDATVR.

Dietherus Dei & Apoſtolice ſedis gratia Archiepiſcopus Moguntinus, ſacrique Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius ac Princeps Elector, Executor unicus ad infra ſcripta a dicta ſede Apoſtolica ſpecialiter deputatus: Honorabilibus nobis in Chriſto dilectis B. *Marie ad Gradus*, S. *johannis*, S. *Stephani* intra: ac S. *Victoris*, S. *Petri*, S. *Albani*, ejusdemque S. *Marie Virginis in Campis* extra muros Moguntinos; nec non S. *Petri Fritzlarienſis*, ſanctorum *Petri & Alexandri Aſchaffenburgenſis*, S. *Martini Pingwenſis* ac S. *Bartholomei*, ejusdemque S. *Marie in monte*, ac SS. *Marie & Georgii* alias *Leonhardi Francfurdenſis* & S. *Catharine* in *Oppenheim* noſtre Dioceſis, Eccleſiarum Prepoſitis, Decanis, Scolaſticis, Theſaurariis, Cantoribus, Cuſtodibus & Capitulis, ſingulisque Canonicis & perſonis predictarum Eccleſiarum; ac illi vel illis, ad quem ſeu quos in eisdem Eccleſiis Canonicorum receptio, nec non prebendarum inibi collatio, proviſio, preſentatio, electio ſeu quevis alia diſpoſitio communiter vel diviſim pertinet; omnibusque aliis & ſingulis quorum intereſt, intererit aut intereſſe, quosque in-

fra ſcriptum tangit negotium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum cujuscunque conditionis ſtatus, Gradus vel preeminentie exiſtant, aut quacunque prefulgeant dignitate, ſalutem in Domino ſempiternam; & noſtris hujusmodi, ymmo verius Apoſtolicis, firmiter obedire mandatis.

Litteras ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri D. *Sixti*, divina providentia Pape quarti, unam videlicet gratioſam cum filis ſericeis, rubei, croceique colorum, & aliam executoriam, dictam gratioſam in ſe continentem, cum cordula canapis, veris bullis plumbeis ipſius Domini noſtri Pape more Romane curie impendentibus bullatas, ſanas ſiquidem & integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, ut in eis prima facie apparebat, Nobis pro parte honorabilium, Rectorum & Proviſorum ſtudii civitatis noſtre Moguntine principalium coram notario publico & teſtibus infra ſcriptis prenotatas, noveritis nos cum ea qua decuit reverentia recepiſſe; quarum quidem litterarum Apoſtolicarum, unus ſcilicet Gratioſe tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis. *)

Alte-

*) *Sixtus* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei &c. vide ſupra nro XLIII. ſub Rubrica:

Sixtus IV. Pontifex pro ſalariis Profeſſorum Moguntinorum aſſignat Canonicatus & præbendas. 1477. 16. Dec.

Digitized by Google

Alterius vero, ſcilicet executorie tenor ſequitur in hunc modum. *)

Poſt quarum quidem litterarum apoſtolicarum preſentationem & receptionem nobis & per nos, ut premittitur, factas, fuimus pro parte prefatorum Rectorum & Proviſorum principalium debita cum inſtantia requiſiti, quatenus ad earundem litterarum Apoſtolicarum & contentorum in eisdem executionem juxta traditam ſeu directam per eos a dicta ſede Apoſtolica nobis formam, procedere dignaremur.

Nos igitur *Dietherus* Archiepiſcopus & executor prefatus, volentes Mandatum Apoſtolicum nobis in hac parte directum, reverenter exequi, ut tenemur, auctoritate apoſtolica nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte, has perinſertas litteras Apoſtolicas, hucusque noſtrum proceſſum ac omnia & ſingula in eis contenta, vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, quibus hujusmodi noſtre littere diriguntur, & veſtrum cuilibet intimamus, inſinuamus, publicamus & notificamus, ac ad veſtram & cujuslibet veſtrum notitiam deducimus & deduci volumus per preſentes, ne de premiſſis &

*) *Sixtus* Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili fratri Archiepiſcopo Moguntino ſalutem &c. vide ſupra nro XLIV. ſub Rubrica:

Dietherus qua Archiepiſcopus & Princeps Elector Moguntinus Bullæ Sixtinæ executor conſtituitur.

Digitized by Google

infra ſcriptis, futuris temporibus ignorantiam aliquam pretendere valeatis, ſeu etiam allegare. Et nihilominus vos omnes & ſingulos ſupradictos & veſtrum quemlibet in ſolidum eadem auctoritate preſentium tenore requirimus ac monemus, primo, ſecundo, tertio & peremptorie, vobisque etiam & veſtrum cuilibet in virtute ſancte obedientie & ſub infra ſcriptarum ſententiarum penis diſtricte precipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt preſentationem, publicationem & inſinuationem, ſeu notificationem preinſertarum litterarum Apoſtolicarum & preſentis noſtri proceſſus, vobis ſeu alteri veſtrum factas, & poſtquam per nos de aliquibus ex Canonicatu & prebenda aliquarum ſeu alicujus noſtrarum Eccleſiarum, quovis modo in eisdem litteris apoſtolicis expreſſarum vacaturis reſpective alicui ex perſonis, in eisdem perinſertis litteris Apoſtolicis deſignatis ſeu ſpecificatis & taliter qualificatis atque nobis per Rectorem & proviſores dicti ſtudii p. t. exiſtentes poſt vocationem illorum nobis nominandis ſive nominatis, juxta earundem litterarum ſeriem & continentiam per nos, auctoritate nobis commiſſa & qua fungimur in hac parte, proviſum fore conſtiterit, eandem perſonam, aut ſuum legitimum procuratorem ejus nomine & pro eo, cum ſuper hoc fueritis requiſiti, aut alter veſtrum fuerit requiſitus, in & ad corporalem, realem & actualem poſſeſſionem dictorum Canonicatus & prebende, juriumque & pertinentiarum, proventuum & obventionum univerſorum eorumdem induca-

ducatis, admittatis & recipiatis, ſtallumque in Choro & locum in Capitulo cum plenitudine juris Canonici, ut moris eſt, aſſignetis. Dicteque perſone aut ejus procuratori de hujusmodi Canonicatus & prebende vacatione fructibus, redditibus, juribus & obventionibus univerſis integre reſpondeatis, ac ab aliis, quantum in vobis fuerit, induci, recipi, admitti, ac plenarie & integre reſponderi faciatis & procuretis. Quod ſi forte premiſſa omnia & ſingula prout vobis per nos mandantur, non ad impleveritis, ſeu aliquis veſtrum non adimpleverit, mandatisque & monitionibus noſtris hujusmodi, ymmo verius Apoſtolicis non parueritis, aut aliquis veſtrum non paruerit, nos in vos omnes & ſingulos ſupradictos, qui culpabiles & negligentes fueritis in premiſſis, ſeu aliquo premiſſorum & generaliter in contradictores quoslibet & in hac parte rebelles, preſertim qui dictas perſonas nominandas, quibus nos aliquos ex Canonicatibus & Prebendis dictarum Eccleſiarum contulerimus, ſeu de illis providerimus ſuper premiſſis vel infra ſcriptis in aliquo, quo minus hec omnia & ſingula ſuum debitum ſortiantur & conſequentur effectum, impediverint, ac eos impedientibus dederint auxilium, conſilium vel favorem, publice vel occulte, directe vel indirecte, quovis queſito colore vel ingenio, cujuscunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis vel preeminentie exiſtant, niſi infra eundem ſex dierum terminum a contradictionis, rebellionis & impedimentis hujusmodi deſtiterint & mandatis noſtris hujus-

modi, ymmo verius Apoſtolicis paruerint realiter & cum effectu; ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc ſingulariter in ſingulos, dicta ſex dierum canonica monitione premiſſa, excommunicationis: in dictorum vero in hiis delinquentium Capitula, Collegia & conventus; ſuſpenſionis a divinis: & in ipſorum delinquentium Eccleſias, Monaſteria & capellas interdicti ſententias in hiis ſcriptis ferimus & etiam promulgamus.

Ceterum cum ad executionem premiſſorum ulteriorem in preſenti negotio faciendam nequeamus quoad preſens, aliis arduis Eccleſie noſtre negotiis prepediti, perſonaliter intereſſe, univerſis & ſingulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Prepoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scolaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, Succentoribus, Collegiatarum, Canonicalium; Parochialiumque Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Locumtenentibus eorumdem Plebanis, Vice plebanis, Capellanis, curatis & non curatis, Vicariis perpetuis, Altariſtis, ceterisque presbyteris, Clericis, Notariis & tabellionibus publicis quibuscunque per civitatem & Dioceſin noſtras Moguntinas, ac alias ubilibet conſtitutis & eorum cuilibet in ſolidum ſuper ulteriori executione premiſſorum facienda quoad infra ſcripta dumtaxat, tenore preſentium committimus vices noſtras, donec eas ad nos duxerimus revocandas. Quos nos etiam & eorum quemlibet in ſolidum, auctoritate predicta, primo, ſecundo, tertio & peremptorie tenore preſentium

ſentium requirimus & monemus, eisque nihilominus & eorum cuilibet conjunctim & diviſim in virtute ſancte obedientie & ſub excommunicationis pena, quam in eos & eorum quemlibet ferimus in hiis ſcriptis niſi fecerint & adimpleverint ea que eis in hac parte committimus & mandamus, diſtricte precipientes injungentes, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt notificationem preſentium eis vel eorum alteri factam, & poſtquam pro parte dictorum Rectorum & Proviſorum Principalium, ſeu perſone, ut prefertur, nobis nominande ſive nominate, cui aliquos ex Canonicatibus & prebendis alicujus Eccleſiarum predictarum, contulerimus, aut de illis providerimus, vigore preſentium fuerint requiſiti, ſeu alter eorum fuerit requiſitus immediate ſequentium, quem terminum eis & eorum cuilibet pro omni dilatione terminoque peremptorio & monitione Canonica aſſignamus, ita tamen quod in hiis exequendis unus eorum alterum non exſpectet, nec unus pro alio ſe excuſet ad vos omnes & ſingulos ſupradictos, quibus hujusmodi noſter proceſſus dirigitur, nec non ad Eccleſiam ſeu Eccleſias predictas, in qua ſeu quibus Canonicatus & prebende hujusmodi fuerit ſeu fuerint, ut prefertur, perſonasque alias & loca alia, de quibus ubi & quando & quotiens expediens fuerit, perſonaliter accedant, dictasque litteras Apoſtolicas & hunc noſtrum proceſſum ac omnia & ſingula in eis contenta vobis omnibus & ſingulis ſupradictis legant, intiment, inſinuent & publicent, ac legi, intimari, inſinuari, notificari & publi-

publicari fideliter procurent; Et nihilominus poſtquam nos aliquos ex Canonicatibus & prebendis dictarum Eccleſiarum alicui perſonarum hujusmodi contulerimus, ſeu de illis providerimus, dictam perſonam vel procuratorem ſuum ejus nomine in ſingulis dictarum Eccleſiarum, in quibus dicti Canonicatus & Prebende, quos nos conferre & de quibus nos providere contigerit, ut prefertur, exiſtant, in Canonicum recipi & in fratrem, ſtallumque ſibi in Choro & locum in Capitulo cum dicti juris plenitudine aſſignari faciant & procurent, dictamque perſonam, vel procuratorem antedictum in & ad eorundem canonicatus & prebende, juriumque & pertinentiarum omnium predictorum corporalem, realem & actualem poſſeſſionem inducant & inductum defendant, amoto exinde quolibet illicito detentore, nec non induci, recipi, & ut moris eſt, admitti, ſibique de fructibus, redditibus & proventibus eorumdem, juribusque & obventionibus univerſis plenarie & integre reſponderi faciant & procurent, ac unusquisque ipſorum inducat, admittat, recipiat, defendat atque procuret juxta traditam & directam a ſede Apoſtolica nobis formam, ita quod iidem noſtri ſubdelegati in prejudicium perſone per eosdem Rectores & Proviſores ſtudii hujusmodi nominande ſeu nominate, cui ſic ut prefertur, contullerimus aut providerimus, vel procuratores ſui, nil valeant attemptare, vel circa proceſſus per nos habitos & ſententias per nos latas hujusmodi, abſolvendo vel ſuſpendendo aliquid immutare. In ceteris autem

que

que eisdem Rectori & Proviſoribus, nec non perſone nominande vel nominate, Principalibus vel procuratori ſuo nocere poſſent in premiſſis ſeu aliquo premiſſorum, prefatis noſtris ſubdelegatis & cui ibet eorum poteſtatem omnimodam denegamus, ſi vero contigit, nos ſuper premiſſis in aliquo procedere, de quo nobis poteſtatem reſervamus, non intendimus propterea commiſſionem noſtram hujusmodi in aliquo revocare, niſi de revocatione ipſa ſpecialem & expreſſam in noſtris litteris fecerimus mentionem, prefatas quoque litteras Apoſtolicas & hunc noſtrum proceſſum volumus penes prenominatos Rectorem & Proviſores dicti ſtudii & non per vos vel aliquem veſtrum ſeu quemcunque alium ipſis ſeu dictis perſonis invitis quomodolibet detineri. Contrarium vero facientes prefatis noſtris ſententiis, prout in ſcriptis per nos late ſunt, ipſo facto volumus ſubjacere, abſolutionem vero omnium & ſingulorum, qui prefatas noſtras ſententias aut earum aliquam incurrerint, ſive incurrerit quoquo modo nobis vel ſuperiori noſtro tantum modo reſervamus.

In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum preſentes noſtras litteras ſive preſens publicum Inſtrumentum, hunc noſtrum proceſſum in ſe continentes ſive continens exinde fieri & per Notarium publicum infra ſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus, noſtrique ſigilli juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum & Actum in Caſtro noſtro *Aſchaffenburgenſi* ſub

Anno

Anno a nativitate Domini MCCCCLXXVIII. Indictione XI. die vero Lune, VI. menſis Aprilis, hora meridiei vel quaſi, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini *Sixti* divina providentia Pape *quarti* anno ſeptimo. Preſentibus ibidem devotis nobis in Chriſto & fidelibus *Conrado Alſennz* Cappellano & *Ewaldo Wymar* Secretario noſtris, teſtibus ad premiſſa vocatis.

Et ego *Conradus Gobben de Warbergk*, *) Clericus Paderbornenſis Dioceſis, publicus ſacra Imperiali auctoritate Notarius, quia preinſertarum litterarum Apoſtolicarum preſentationi & receptioni, preſentisque proceſſus decreto, ac cenſurarum fulmini, omnibusque aliis & ſingulis premiſſis dum, ſic, ut premittitur, fierent & agerentur coram prefato Reverendiſſimo Domino D. *Dietbero* Archiepiſcopo Moguntino, Commiſſario & executore una cum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque ſic fieri vidi & audivi, ideoque hoc preſens publicum Inſtrumentum, hujusmodi proceſſum in ſe continens, per alium fideliter ſcriptum exinde confeci, ſubſcripſi, publicari & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis una cum prefati Reverendiſſimi Domini D. *Dietheri* Archiepiſcopi Commiſſarii & executoris ſigilli appenſione conſignavi in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum rogatus & requiſitus.

*) A. 1524. die 17. julij qua Vicarius S. Stephani.

XLVII.

Digitized by Google

XLVII.

PRIVILEGIA VNIVERSITATI MOGVNTINÆ AB ARCHIEPISCOPO ET PRINCIPE ELECTORE DIETHERO CONCESSA.

Nos *Dietherus* Dei & Apoſtolice ſedis gratia Archiepiſcopus Moguntinus, ſacri Romani Imperii per Germaniam Archi Cancellarius ac Princeps Elector. Dum immenſam illam ac divinam bonitatem atque Clementiam, qua ad ſummum & ampliſſimum ſacerdotii gradum immeritos atque indignos nos provehi voluit, & ſancte Moguntinenſis Eccleſie gubernaculum noſtris humeris, tametſi tanto oneri imparibus, impoſuit; mentis noſtre oculo propenſius deliberantes, quo nos quoque pacto fructum aliquem in vinea Domini, noſtri ſeculi hominibus afferre poſſemus; nihil ſanctius, nil ſalubrius atque preſtantius per nos effici potuiſſe arbitrati ſumus, quam, ſi ad erudiendam inſtituendamque litteris, ac optimis moribus vitam mortalium, ſapientiſſimorum virorum morem ac ritum imitantes, Conventum clariſſimorum atque doctiſſimorum hominum & ſcolas publicas in civitatem noſtram Moguntinam convocaremus. Id ipſum quidem ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, intemeratiſſime ſemper Virginis & Matris *Marie*, ſancti *Martini*, totiusque ſupernorum curie, ad augmentum divini cultus, profectum denique & utilitatem rei publice, Eccleſie noſtre & civium, habitantium & incolarum Civitatis & Dioceſis Moguntine efficere curavimus, generale-

que

que ſtudium & publicum in omni facultate & ſcientia licitis, gratia & favore ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini D. *Sixti Quarti* ereximus in eadem, perpetuis temporibus duraturum. Ut autem hujusmodi ſtudium felicibus auſpiciis, ſicut prefertur, ceptum, felicius ſuccreſcat, & exuberans ſuſcipiat incrementum; ut ſapientiſſimi ſacrarum litterarum profeſſores, prudentiſſimi ſacrorum Canonum ac legum Interpretes, ac ceteri omnium artium peritiſſimi Doctores & Magiſtri in pectoribus hominum doctrinarum & virtutum ſemina commodioſius ac liberius inſerere queant; utque ſic plurimorum generum Scolares atque ſtudentes cupidius, ſtudioſius quoque ſingulas ſcientias complectantur; ac denique prememoratum noſtrum ſtudium incrementum ſuſcipiat proſperius; & ad extremum res publica Eccleſie noſtre & Civitatis Moguntine beatior & affluentior ſplendeſcat; congruum duximus & opportunum, præter eas libertates, immunitates, innumerabiles munificentie dotes ac privilegia per ſanctiſſimum Patrem & D. Sixtum prefatum collata, quibus Bononienſis, Pariſienſis atque Colonienſis ſtudiis privilegiorum, immunitatum & facultatum prerogativis ac condonationibus equatur, pro congruentia & conditione rerum dicte noſtre civitatis Moguntine ſpeciales quasdam libertates, immunitates & privilegia elargiri, condonare & concedere decrevimus & voluimus.

Elargimur itaque, condonamus atque concedimus preſentium vigore litterarum, inprimis Doctori-

ctoribus, Magiſtris, Scolaribus ſive ſtudentibus dicti noſtri ſtudii Moguntini, judices, Rectorem & Conſervatorem Univerſitatis & ordinarium loci, quos de jure habere poſſunt.

Item Doctores, Magiſtri & ſtudentes noſtre Univerſitatis, eorumque familia; ac etiam noſtre Univerſitatis, ut puta, Notarii & Bedelli, in perſona & rebus ad eorum victum, amictum & uſum pertinentibus, immunes ſint, exempti & liberi a preſtationibus & ſolutionibus publicis per civitatem & Dioceſin Moguntinam per terram ſive per aquam impoſitis, ſeu imponendis & ad Archiepiſcopos Moguntinenſes p. t. ſpectantibus; nec ad ſolutionem Dacii, Gabelle, vectigalis, Theolonei & alterius cujuscunque exactionis, quorumque nomine cenſeantur, teneantur aut cogantur quovis modo, dolo & fraude prorſus ceſſantibus. Et hanc quidem conceſſionem & gratiam de Magiſtris & Scolaribus intelligi volumus, qui etiam collectim in domibus ſive burſis commorantur; ac ſtudentibus, qui de licentia Rectoris petita & obtenta, in domibus ſive ſtantiis extra burſas morantur & ſe familiamque ſuam proprio ſumptu & expenſis alunt.

Item cum litterarum Profeſſores, diſciplinisque ac moribus inſtituendos quies ſumme deceat & qui meliora ſectantur, a tumultu fore alienos; volumus & ordinamus, ut Rectoris, Doctorum, Magiſtrorum & ſtudentium domus & habitationes &

preſertim ſcole in quibus collectim Doctores Magiſtri & ſtudentes cohabitant, quas vulgari eorum more Burſas vocant, aut, in quibus honeſte ſtudentes de licentia Rectoris petita & obtenta morantur, atque ſe familiamque ſuam proprio ſumptu ac domeſtica proviſione gubernant, hac perpetua immunitate gaudeant, ut nemo officialium, familiave ejus, cujuscunque conditionis, ſtatus, aut qualicunque ſit, etiam latiſſima commiſſione conſtitutus, dictas domos ſive manſiones tumultuoſe aut ductis turmis invadere, perrumpere aut violare preſumat; fraudulenta fictione aut falſa occaſione prorſus ſemota.

Et preterea nullus officiatorum, aut alia quecunque Eccleſiaſtica ſive ſecularis perſona in civitate noſtra Moguntina aliquem ſive aliquos ex Doctoribus, Magiſtris, ſtudentibus ſive eorum familiam invadere, offendere, vimque aut injuriam inferre preſumat; ſi quis vero hujus noſtre conceſſionis contemptor, quod abſit, compertus fuerit, noſtram indignationem ac penam pro modo offenſionis, doli aut culpe hujusmodi infligendam ſenoverit incurſurum.

Item volumus, quod nullus de noſtris officiatis & officialibus, aut aliis quibuscunque, Laicis ſive civibus ledat, offendat, turbet aut alio quovis modo in periculum ponat aliquem Doctorem, Magiſtrum aut ſtudentem, verbo vel facto, directe vel indirecte; omnibus dolo & fraude ſemotis, pena ſub predicta.

Item

Item si aliquis studentium deprehensus fuerit quocunque tempore in aliquo delicto ab officialibus aut eorum familia, teneantur isti talem, sine corporis lesione, sineque mora presentare Rectori, si id eo tempore commode fieri possit. Sin autem hujusmodi presentatio, tunc propter noctis intempestatem commode fieri non possit; possint eundem sub aliqua honesta clausura sive Custodia, ad quam Rector p. t. clavem habeat, detinere; & incommoditate temporis, ut puta mane facto, cessante, teneantur illico Rectori denuntiare, qui pro fide suscepti officii de persona & causa disponere possit, contradictione cujuscunque penitus cessante.

Item quilibet officiatus hujus nostre civitatis p. t. existens jurabit in manus nostras, de servando illesos Doctores, Magistros ac studentes prememoratos in personis, rebus & bonis ipsorum & de non contraveniendo dictis privilegiis; sed quod manu teneat eos, res & bona ipsorum, ac privilegia supradicta & infra dicenda pro posse & nosse.

Item volumus, quod Privilegia, concessiones, exemptiones, indulta, ut prefertur, data & concessa non intelligantur nisi de Doctoribus & Magistris Universitati & suis facultatibus incorporatis ac etiam studentibus intrantibus, audientibus & in Matricula Universitatis descriptis.

Item approbamus & ratificamus omnes & singulas libertates, immunitates, exemptiones, gratias, privilegia & indulta, quibus sanctissimus in

Chriſto Pater & Dominus D. *Sixtus* Papa *IV.* ſupra memoratus decoravit atque dotavit inclitum ſtudium Moguntinum predictum, nec non Doctores & Magiſtros inibi legentes atque ſtudentes; Item quibus gaudent utuntur & potiuntur ſtudia generalia, quorum adinſtar ſepe dictum Moguntinenſe ſtudium inſtitutum atque fundatum eſt; *Bononienſe* videlicet, *Pariſienſe* & *Colonienſe*; quibusque ibi legentes & ſtudentes potiri & gaudere libere & licite debent & poſſunt.

Item cetera omnia & ſingula in genere vel in ſpecie in Univerſitate ſeu aliqua facultatum ſive in capite vel in membris aut ſuppoſitis ordinanda, diſponenda ac ſtatuenda, committimus Rectori p. t. exiſtenti & Univerſitati, absque contradictione quorumcunque.

Et ut ſupra dicta privilegia & indulta omnia & ſingula tam conjunctim quam diviſim condonata & conceſſa dicto noſtro ſtudio ſuisque Doctoribus, Magiſtris & ſtudentibus rata, firma & inviolata perpetuis maneant temporibus; a noſtris quoque officialibus, familiaribus & civibus ut prefertur ſumma cura & diligentia cuſtodiantur, has noſtras litteras deſuper editas & traditas noſtro ſigillo juſſimus & fecimus communiri. Date in Civitate noſtra Mog. noſtro ſub ſigillo An. Domini MCCCCLXXIX. die XXVII. Menſis Aprilis.

An. MDCCXLVI. *joannes Fridericus Carolus* Archiep. & Elector Mog. Privilegia & Ordinata Almæ hujus Univerſitatis renovata & multum ampliata ſolenniter publicari juſſit.

XLVIII.

DIETHERI ARCHI EP. MOG. DECLARATORIA: QVINAM FRVCTVS CANONICO S. BARTHOLOMAEI FRANCOFORD: AB UNIVERSITATE MOG: PRAESENTATO PORRIGI DEBEANT?

Dietherus Dei gracia ſancte Maguntine ſedis Archi Epiſcopus ſacri Romani Imperii per Germaniam Archi Cancellarius ac Princeps Elector omnibus & ſingulis preſentes literas inſpecturis notum facimus, Cum alias ſanctiſſimus Dominus noſter Dnus *Sixtus* Papa *quartus* Univerſitati Doctorum & Magiſtrorum in civitate noſtra Maguntina certum Canonicatuum & prebendarum numerum incorporaverit & in certis expreſſatis literis Eccleſiis reſervaverit, prout de hiis omnibus in literis ſanctitatis ſue deſuper confectis plenius continetur; quarum vigore univerſitas predicta vacantem nuper in Eccleſia Collegiata ſancti *Bartholomei* Franckfordenſi Canonicatum & prebendam acceptavit & honorabilem *Martinum Koppel de Bodman* arcium Magiſtrum nobis tamquam executori Apoſtolico pro impetranda proviſione preſentavit, qua ut decuit juxta Apoſtolica mandata per nos facta Capitulum dicte Eccleſie ſuper tradicione poſſeſſionis requiſitum reverenter paruit, ſed quia dein circa fructuum & emolumentorum extimacionem inter capitulum & predictum proviſum diſſenſio ſuberat, de eo quo ſingulis annis circa quottidianas diſtri-

buciones dicto proviso per capitulum responderetur, nos vices nostras pro concordia & honestis mediis interponere volentes de taxa & quantitate in antea perpetuis futuris temporibus per universitatem pro tempore nominato & proviso solvenda ac circa alia de voluntate sciencia & consensu expresso tum Universitatis tum predicti nominati & provisi tum eciam Capituli predicti concordiam fecimus juxta Capitula & modum infra scriptum, ita videlicet, ut in antea perpetuis futuris temporibus Capitulum predictum prefato *Martino* ac deinceps dicti Canonicatus & prebende possessoribus pro omnibus & singulis, singulis annis quadraginta florenos Renens. aut tantundem de moneta argentea Francfurdensi unam dimidiam ad festum sancte *Katherine* & aliam ad festum sancti *Urbani* persolvant, Martinus autem predictus ac deinceps dicti Canonicatus & prebende pro tempore possessores pecunias secundum provisionem statutorum dicte Ecclesie a principio introitus solvi consuetas, quas statuta appellant, solvere teneantur ex integro sicut & ceteri dicte Ecclesie Canonici in principio introitus solvere consueverunt; sed ad solucionem mediorum fructuum biennalium pro fabrica aut pro predecessore defuncto conferendorum volumus predictum *Martinum* ac deinceps possessores neque ad alias quaslibet prestationes aut soluciones minime teneri; Et licet provisio sive statuta dicte Ecclesie habeant ut Canonicus priusquam ad Capitulum recipiatur, teneatur facere veram residenciam apud dictam Ecclesiam ad minus per sex

men-

menſes continuos, quia tamen ſecundum formam hujus incorporacionis & reſervacionis hujusmodi reſidencia incompatibilis eſt proviſioni predicte, placuit ut taliter proviſi reſidentes in univerſitate predicta & Lecturis & oneribus ejus incumbentibus intendentes perinde ſint & habeantur ac ſi veram reſidenciam ſemeſtram predictam compleviſſent, & ſi quo caſu deſuper diſceptandum foret, minime teneantur ad aliam reſidenciam pro recepcione ad capitulum faciendam. Circa tractatus vero Capitulares & diſtribuciones quottidianas ſive preſencias in quibus juxta ſtatuta dicte Eccleſie vera reſidencia attenditur, ſi quo tempore dictus proviſus ac pro tempore dicti Canonicatus & prebende poſſeſſores in dictam Eccleſiam ſe reciperent, volumus ſtatuta & conſuetudines dicte Eccleſie illeſa permanere. Porro attendentes paucitatem Canonicorum in Eccleſia predicta & diſpendioſum nimis fore, ſi capitulum perſonis nimis vacuetur, gracioſe eidem concedimus & indulgemus ut in antea per nos ac ſucceſſores noſtros vigore privilegii nobis a jure conceſſi non niſi unus Canonicus eximi poſſit, quam quidem concordiam, transactionem & laudum partes ſupra dicte expreſſe acceptarunt & laudarunt, promiſeruntque utrumque ſtipulantibus & recipientibus ratam, gratam & firmam ſervare, nec aliquo caſu & cauſa contravenire. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus appenſum eſt. Datum in Caſtro ſancti *Martini* civitatis noſtre Moguntine die decima octava menſis junii Anno Dni Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo.

XLIX.

UNIVERSITAS MOG: PRÆCEDENTEM DIETHERI A. M. DECLARATIONEM COLLAVDAT.

Nos *Petrus de Virſen* Arcium & Medicine Doctor, Rector eciam, Univerſitas Doctorum & Magiſtrorum ſtudii Moguntini ad hoc legitime congregata recognoſcimus, quod cum vacantem nuper in Eccleſia ſancti *Bartholomei* Franckfordenſi Canonicatum & prebendam honorabilis Dominus *Martinus Koppel de Bodman* arcium Magiſter per proviſionem Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini Dni *Dietheri* Archi Epiſcopi Maguntini Executoris Apoſtolici vigore Apoſtolice incorporacionis & reſervacionis noſtre univerſitati facte fuerit aſſecutus & tandem circa fructuum extimacionem queſtio ſubeſſet, quam prefatus Reverendiſſimus Dnus noſter tandem ad concordiam reduxit juxta formam literarum Reverendiſſimi Dni noſtri deſuper confectarum, quarum tenor ſequitur in hunc modum: vid. ſupra nrō XLVIII. „ *Dietherus* Dei gratia &c. finis eſt: die decima „ octava menſis junii Anno Dni Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo. „ Ne autem perpetuis futuris temporibus dicta compoſicio & ordinacio vice ac nomine Univerſitatis noſtre in dubium revocari ac Capitulum dicte Eccleſie ſancti *Bartholomei* predicte moleſtari poſſet, matura deliberacione & tractatibus prehabitis predictam concordiam

diam & ordinacionem acceptavimus laudavimus & emologavimus, acceptamus laudamus & emologamus per preſentes promittentes omnia & ſingula Capitula in prediĉtis litteris contenta firmiter & preciſa obſervare, nec quovis modo aut colore contravenire, quin ymo curare & facere quo magis per Univerſitatem noſtram preſentatus & in antea preſentandi ea omnia inconcuſſe & inviolabiliter obſerventur. In quorum fidem has noſtras litteras ſigillo Univerſitatis noſtre fecimus communiri.

Datum die decima octava menſis junii Anno Dni Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo.

L.

CITATIO AD VIDENDVM TRANSSVMI LITTERAS APOSTOLICAS VNIVERSITATEM MOGVNTINAM CONCERNENTES.

In nomine Domini Amen.

Dietherus Dei gratia ſanĉte Moguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius ac princeps Elector univerſis & ſingulis preſentes noſtras Litteras ſive tranſumpti publicum inſtrumentum inſpecturis Lecturis & Legi audituris ſalutem in Domino ſempiternam Et preſentibus fidem indubiam adhibere. Noveritis quod die & hora infraſcriptis comparuit

coram nobis in Judicio in Aula noſtra nove Arcis ſancti Martini civitatis noſtre Moguntine nobis inibi ad jura reddendum & cauſas audiendum pro tribunali ſedentibus honorabilis Devotus nobis in Chriſto dilectus Magiſter *Alexander Theoderi* legum Doctor honorabilium devotorum nobis in Chriſto dilectorum Rectoris proviſorumque Doctorum & Magiſtrorum Alme univerſitatis ſtudii civitatis noſtre Maguntine predicte procurator & Syndicus generalis, pro ut de procurationis & ſyndicationis hujusmodi mandato legitimam fecit fidem & eo nomine procuratorio & Syndicario quosdam Litteras citationis ad videndum & Audiendum nonnullas Litteras ſcripturas Jura privilegia Libertates & munimenta pro dicta alma univerſitate ſtudii predicte civitatis noſtre Moguntine facientes Coram nobis producenda tranſumi & exemplari exemplataque & tranſumpta hujusmodi in publicam formam redegi mandari Decretumque & auctoritatem noſtram ordinariam interponi Litterasque deſuper in forma ſolita & conſueta decerni & concedi vel dicendum & cauſam quare premiſſa fieri non deberent allegandum alias per nos ad prefatorum Rectoris proviſorum Doctorum & Magiſtrorum peticionem & inſtanciam contra omnes & ſingulos ſua in negocio hujusmodi communiter vel diviſim intereſſe putantes eorumque procuratores ſiqui eſſent in dicta noſtra civitate Moguntina pro eisdem in forma ſolita Decretas & conceſſas ſigilli noſtri ſub impreſſione communitas ac in tabulis Eccleſie noſtre Moguntine ubi & in quibus Tales & ſimiles

Exe-

Digitized by Google

Executiones fieri ſolent executas & affixas una cum earundem Executione hujusmodi per Diſcretum devotum nobis fidelem in Chriſto *Georium Oleatoris* de oppido noſtro *Aſchaffenburg* noſtrum & dicte ſancte ſedis noſtre Moguntine Curſorem ſive pedellum juratum demandato noſtro facta in Margine inferiori earundem citationis Litterarum ut apparuit deſcripta facto realiter & inſcriptis infra ſcriptorum Tenorum exhibuit atque produxit citatorumque in eisdem litteris contentorum non comparencium neque diei hujusmodi termino ſatisfacere curantium Contumaciam accuſavit ipſosque contumaces reputari primitus certas Litteras Apoſtolicas ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Sixti* divina providentia Pape *quarti* moderni primas videlicet fundacionis & Erectionis ſtudii ſupradicti. Alteras autem incorporacionis quorundam Canonicatuum & prebendarum in Eccleſiis Collegiatis noſtrarum civitatis & dioceſis Moguntinenſis dicte alme univerſitati ſtudii prelibati in filis Sericeis rubei & crocei colorum. tercias vero earundem incorporacionis Litterarum Jam dictarum Executorias in Cordula Canapia. ultimas autem priorum Litterarum declaratorias ſimiliter in filis Sericeis prenarratorum Colorum impendente ejus Bulla plumbea bullatas hujuscemodi per eundem ſanctiſſimum noſtrum Dominum Papam ſepedicte univerſitati generoſe Conceſſas facto realiter & in ſcriptis infraſcriptorum Tenorum exhibuit atque produxit aſſerens & proponens Coram nobis Iden

Syn-

Syndicus nomine quo ſupra qualiter prenominati ſui Principales Rector proviſores Doctores & Magiſtri Dictis Litteris Apoſtolicis in Romana curia & aliis diverſis mundi partibus ad quas eedem Littere ut timeant propter viarum diſcrimina & alia varia que evenire poſſent incommoda & pericula commode & ſecure deferri non poſſint neceſſario indigeant & de contentis & narratis in eisdem litteris Apoſtolicis fidem facere habeant & debeant.

Quam ob rem ſi & prenominatis ſuis principalibus ſuper premiſſis de opportuno remedio provideri litterasque Apoſtolicas Originales predictas Transſumi & exemplari tranſſumptaque & exemplata hujusmodi in publicam formam reddigi mandari, ut ipſis tranſumptis & exemplatis hujusmodi in Judicio & extra Judicium Tanta fides adhibeatur quanta ipſis Litteris apoſtolicis originalibus adhiberetur ſi in medium exhiberentur, Decretum quoque noſtrum & auctoritatem ordinariam interponi per nos debita cum inſtancia poſtulavit Nos igitur *Dietherus* Archiepiſcopus Archicancellarius & princeps Elector ſupradictus attendentes requiſitionem hujusmodi eſſe Juſtam & Conſonam rationi, quodque Juſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus Idcirco ſupradictas litteras Apoſtolicas diligenter inſpeximus & vidimus ac de ſuſpicione fideliter examinavimus, & quia poſt diligentem inſpectionem & fidelem Examinationem hujusmodi Comperimus easdem litteras Apoſtolicas ſanas & integras eſſe non vitiatas non Cancellatas

neque

Digitized by Google

neque in aliqua ſui parte ſuſpectas ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione Carentes ſupradictos citatos non Comparentes reputavimus merito prout erant exigente Juſticia contumaces & in eorum Contumacia prenarratas Litteras Apoſtolicas in preſentem publicam tranſumptorum formam redigi & exemplari ac tranſumi per Notarium & Scribam noſtrum Juratum infraſcriptum atque tranſumpta & exemplata hujusmodi cum ipſis originalibus Litteris Apoſtolicis fideliter Collationari & comportari & ſubſcribi mandavimus & fecimus Decretumque & auctoritatem noſtram ordinariam interpoſuimus & interponimus Dei in Nomine per preſentes volentes & auctoritate noſtra Ordinaria decernentes quod preſenti publico tranſumptorum inſtrumento ſive Regiſtro ubicunque Locorum in Judicio & extra Judicium merito poſſit & debeat integra & plenaria fides adhiberi ac talis & tanta qualis & quanta ipſis litteris Apoſtolicis Originalibus adhiberetur & adhiberi poſſet in medium ſi producerentur.

Tenores vero citacionis in tabulis execute atque Litterarum Apoſtolicarum ſupradictarum ſecundum ordinem de quibus ſupra fit mentio de verbo ad verbum ſequitur & ſunt tales.

Dietherus Dei gracia ſancta Moguntine ſedis Archiepiſcopus ſacri Romani imperii per Germaniam Archicancellarius ac princeps Elector in falvis ſive Tabulis Eccleſie noſtre Moguntine ut moris eſt citamus citarique mandamus omnes & ſingulos

ſua

ſua inſcriptis aut ad ea Communiter vel diviſim intereſſe putantes eorumque procuratores ſiqui ſint in civitate noſtra Moguntina pro eisdem ut feria ſexta proxima poſt feſtum ſancti Mathei Apoſtoli compareant Coram nobis mane hora ſeptima audiencie cauſarum Conſueta in aula caſtri noſtri S. *Martini* extra Muros dicte noſtre civitatis Moguntine in noſtro Judicio ad videndum & audiendum nonnullas Litteras ſcriptura Jura privilegia libertates & munimenta pro alma univerſitate ſtudii dicte civitatis noſtre faciencia coram nobis producenda tranſumi & exemplari exemplataque & tranſumpta hujusmodi in publicam formam redigi mandari decretumque & auctoritatem noſtram ordinariam interponi literasque deſuper in forma ſolita & conſueta decerni per nos & concedi vel dicendum & cauſam ſiquam habeant racionabilem quare premiſſa fieri non debeant allegandum alioquin ad premiſſa & alias ad ulteriora prout juſtum fuerit indubie procedemus.

Dictorum citatorum abſentia ſive contumacia in aliquo non obſtante. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus apprimendum. Datum in dicto noſtro Caſtro ſancti *Martini* die viceſima Menſis Septembris anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo.

De mandato Domini noſtri Reverendiſſimi *Petrus Rode* Notarius ſubſcripſit per quemcunque Curſorem juratum.

Execu-

Executio hujus mandati ſive proceſſus facta eſt in tabulis Eccleſiæ Maguntine ſub miſſarum ſolennia die Jovis proxima que fuit feſtum S. *Mathei* Apoſtoli per me *Georium Oleatoris de Aſchaffenburg* ſancte ſedis maguntine Curſorem Anno &c. octuageſimo.

Sequitur dein Bulla Erectionis Univerſitatis Moguntinæ quæ incipit:

Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. In ſuperne dignitatis Apoſtolice ſpecula &c. &c. de ao. 1476. quam vide ſupra ad hunc annum nrō XLI. dein Bulla Incorporationis beneficiorum quæ incipit:

Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Etſi ad univerſa quæ noſtris incumbunt agenda humeris &c. &c. de ao. 1477. quam vide ſupra ad hunc annum. nro XLIII.

Subſequatur Bulla executoria beneficiorum. quæ incipit: Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili fratri noſtro Archi Epiſcopo Maguntino ſalutem & apoſtolicam benedictionem. hodie littere noſtre emanarunt tenoris ſubſequentis: Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Etſi ad univerſa quæ noſtris &c. de ao. 1477. Bullam vide ſupra ad hunc annum. nrō XLIV.

Annectitur tandem Bulla Declarationis priorum Bullarum & incipit: Sixtus Epiſcopus ſervus ſervo-

ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. In ſuperne dignitatis culmine licet immeriti &c. &c. de ao 1478. quam vide ſupra ad hunc annum nrō **XLV.** poſt hanc bullam ſequens legitur concluſio:

In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum Nos *Dietherus* Archi Epiſcopus Archi Cancellarius ac Princeps Elector ſupra nominatus Preſentes noſtras litteras ſive preſens publicum Inſtrumentum ſive Regiſtrum in ſe continentes ſive continens exinde fieri ac per Notarium noſtrum infraſcriptum ſubſcribi & publicari mandavimus noſtrique ſigilli juſſimus & fecimus appenſione communiri. Data & acta in aula noſtra ſupra dicta ſub Anno a Nativitate Domini Milleſimo Quadringenteſimo octuageſimo, Indictione tertia decima, Pontificatus dicti ſanctiſſimi Domini Sixti Pape quarti anno decimo die Veneris Viceſima ſecunda menſis ſeptembris mane hora ſeptima vel quaſi, Preſentibus ibidem Diſcretis devotis nobis in Chriſto dilectis *Conrado Crotzenberg* presbytero Capellano & *Michaele Heim* Fiſcali noſtris teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Subſcriptio Notarii.

Et ego *Petrus Rode de Soltzbach* Clericus Maguntine Diōceſis Publicus ſacra Imperiali auctoritate Notarius ſanctaque Moguntine ſedis cauſarum ſcriba juratus; Quia preinſertarum litterarum preſentationi receptioni tranſſumptioni auctorita-

ritatisque & Decreti interpositioni Omnibusque aliis & singulis premissis dum sic ut premittitur fierent & agerentur una cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri Vidi & audivi, idcirco hoc presens publicum Instrumentum sive transsumpti Registrum in viginti quinque foliis papyreis comprehensum & per alium fidelem, me aliis occupato negotiis, ex actis hujusmodi negotiis originalibus extractum & conscriptum de mandato prenominati Reverendissimi in Christo Patris & Domini Domini *Dietheri* Archi Episcopi Moguntini fideliter & diligenter collationavi & collationando & auscultando illud cum Originalibus predictis concordavi ac concordare reperi ac subscripsi publicavi & in hanc publicam formam redegi signoque & nomine meis solitis & consuetis una cum prenominati Reverendissimi Domini nostri Archiepiscopi Moguntini sigilli appensione consignavi rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium singulorum premissorum.

Notificatorias Alexandri VI. neo-electi Pontificis An. MCCCCXCII. Universitati Mog. transmissas vid. apud *de Gudenus Tom. IV. p. 497.*

LI.

SVPPRESSIO ET EXTINCTIO PRAEBENDARVM VNIVERSITATIS.

Clemens Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

In ſuper eminenti Apoſtolicæ ſedis ſpecula meritis licet imparibus diſponente Domino Conſtituti & intra mentis noſtræ arcana revolventes, quantum ex litterarum ſtudiis Catholica fides tenebroſa ignorantiæ caligine ac hæreſum peſte expulſa augeatur divinus cultus protendatur, veritas agnoſcatur, juſtitia colatur reliquæ virtutes illuſtrentur ac bene beateque vivendi via paretur ad ea per quæ ſtudia ipſa ubilibet excitentur & ſtudioſæ perſonæ ad excelſum Doctrinæ faſtigium aſpirantes opportunæ ſubventionis auxilia ſuſcipiant libenter intendimus, & in his noſtræ ſollicitudinis partes propenſius impartimur, prout pia perſonarum præſertim pontificali dignitate pollentium vota expoſcunt, Nosque Locorum & temporum qualitate penſata in Domino conſpicimus ſalubriter expedire cum itaque ſicut accepimus alias poſtquam foelicis recordationis Sixtus Papa quartus prædeceſſor noſter ſuadentibus ſibi nonnullis per bonæ memoriæ *Dietherum* tunc dum viveret Archiepiſcopum Mogunt. expoſitis cauſis ad Dei Omnipotentis Laudem & honorem & Ortodoxæ fidei propagationem univerſitatem ſtudii generalis ſeu ſtudium generale in civitate Mogunt. Apoſtolica auctoritate perpetuo decreverat & inſtituerat ac deinde ad hos ut de cætero perpetuis futuris temporibus Univerſitas ſeu ſtudium hujusmodi in civitate præfata ad inſtar *Bononienſ. Pariſienſ. Colonienſ.* Univerſitatum ſtudiorum generalium tam in Theologia, Juris Canonici & Civili quam in qualibet alia licita facultate ſive ſcientia viguiſſet quod Magiſter in Theologia

logia, Doctores legentes & ſtudentes inibi omnibus & ſingulis privilegiis, libertatibus exemptionibus immunitatibus gratiis & indultis quibus alii Magiſtri Doctores legentes & ſtudentes in *Bononienſ. Pariſienſ.* & *Colonienſ.* Univerſitatibus prædictis gaudebant & utebantur uti potiri & gaudere licite & libere poſſent dicta Apoſtolica auctoritate ſtatuerat & decreverat eidem Sixto prædeceſſori pro parte ejusdem *Dietheri* Archiepiſcopi expoſito quodſi pari Apoſtolica auctoritate ſtatutum & ordinatum fuiſſet, quod in ſingulis *B. Mariæ Virginis ad Gradus* nuncupatæ *S. Joannis*, *S. Stephani* intra ac *S. Victoris S. Petri S. Albani* & ejusdem *Beatæ Mariæ in Campis &c.* nuncupatæ extra moenia civitatis Mogunt. nec non *S. Petri Fritzlarienſis SS. Petri & Alexandri Aſchaffenb. S. Martini Bingenſ. S. Bartholomæi* & ejusdem *S. Mariæ in Monte* ac *S. Mariæ & S. Georgei*, alias *S. Leonardi Francofurtenſis* & *S. Catharinæ in Oppenheim* locorum Mogunt. Dioeceſis Secularibus & Collegiatis Eccleſiis in quibus certus Canonicorum numerus tunc habeatur & diſtinctio præbendarum unus Canonicatus & una præbenda, cum primum illos & illas tunc perceſſum vel deceſſum aut privationem ſeu quamlibet aliam dimiſſionem illos & illas tunc obtinentium vacare contigiſſet ſingulis perſonis idoneis, quæ tamen in Theologia aut medicina vel artibus ſeu aliquibus & his Magiſtri aut in Canonico ſeu civili vel utroque jure Doctores fuiſſent, & quas rectores & proviſores dictæ univerſitatis ſtudii generalis Mogunt. pro tempore exiſtentes ad

hoc duxiſſent, nominandas per præfatum *Dietherum* & ſucceſſores ſuos Moguntinenſ. Archi Epiſcopos pro tempore exiſtentes collati fuiſſent, & de eisdem proviſum fuiſſet ipſeque *Dietherus* & pro tempore exiſtens Archiepiſcopus Mogunt. præmiſſorum omnium perpetuus Executor & ei ſuper hoc mandatum & etiam plena poteſtas dicta Apoſtolica auctoritate data & conceſſa fuiſſet ex his profecto univerſitas ſtudii Mogunt. hujusmodi eo ſemper de bono in melius ſuum ſuſceptura fuiſſet augmentum quo inibi major foret numerus Magiſtrorum, Doctorum & aliorum legentium in facultatibus ſeu ſcientiis præfatis ac iidem Magiſtri & Doctores ac legentes eo promptius ad hujusmodi laudabile Exercitium excitati fuiſſent, quo ex hoc pro expenſarum eis incumbentium ſupportandis oneribus ſibi liberalius proviſum fuiſſet, qua propter pro parte ejusdem *Dietheri* Archiepiſcopi eidem *Sixto* prædeceſſori humiliter ſupplicatum fuit, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaretur idem *Sixtus* prædeceſſor qui univerſorum ſtudiorum Generalium & Perſonarum in his litterarum ſtudio vacantium profectum avido corde appetebat hujusmodi ſupplicationibus ea in parte tunc benigne inclinatus quod in qualibet collegiatarum Eccleſiarum præfatarum unus Canonicatus & una præbenda quem & quam poſtquam infra ſcripte ejusdem Sixti prædeceſſoris Litteræ prædicta univerſitate ſtudii Mogunt. hujusmodi publicatæ fuiſſent & tunc qualitercunque tam in prima & tunc proxima quam in qualibet alia vice extra

Roma-

Romanam Curiam ſimul vel ſucceſſive etiam in menſibus ordinariorum perceſſum vel deceſſum ſeu privationem aut quamlibet aliam dimiſſionem vel amiſſionem illos & illas pro tempore obtinentium vacare contigiſſet cum plenitudine juris Canonici ac omnibus juribus & pertinentiis ſuis ſingulis perſonis idoneis quæ tamen in eisdem Theologia aut Medicina vel artibus ſeu aliquibus ex eis Magiſtris aut in Canonico ſeu civili vel utroque Jure Doctores exiſterent, & quas Rectores & proviſores dictæ univerſitatis ſtudii Mogunt. hujusmodi pro tempore exiſtentes ad hos duxiſſent nominandas etiam ſi quælibet perſonarum hujusmodi plura beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura ſecularia vel quorumvis ordinum regularia in titulum vel commendam obtineret dummodo ipſi Canonicatus & præbendæ diſpoſitioni apoſtolicæ reſervati non eſſent per prædictum *Dietherum* & ſucceſſores ſuos Mogunt. Archi Epiſcopos pro tempore exiſtentes conferrentur & eisdem perſonis de illis provideretur ac idem *Dietherus* Archi Epiſcopus & ſucceſſores prædicti præmiſſorum omnium perpetui Executores Mandatum & plenam poteſtatem ſuper eisdem præmiſſis pro illorum debita executione eis dando & concedendo exiſterent, quodque ipſi Canonicatus & præbendæ tam prima quam qualibet alia vice etiam in menſibus præfatis vacantes ſub quibusvis litteris Apoſtolicis gratiarum exſpectativarum revalidationum Collationum nec non reſervationum unionum annexionum & incorporationum &c. ad perpetuam vel futuram rei memo-

riam ac nominationum & nominandi facultatum pro quibusvis perſonis etiam in favorem quarumcunque Eccleſiarum locorum piorum, Menſarum Archiepiſcopalium & perſonarum ſub quibuscunque verborum formis etiam derogatoriis ac aliis inſolitis Clauſulis & prærogativis familiarum & continuorum Commenſalium dicti Sixti prædeceſſoris & aliorum Romanorum pontificum ſucceſſorum ſuorum pro tempore exiſtentium etiam motu proprio & ex certa ſcientia tunc conceſſis & in futurum tunc concedendis minime comprehenderentur juribus Cameræ Apoſtolicæ & Eccleſiarum in quibus hujusmodi Canonicatus & præbendæ exiſtebant ſemper ſalvis & illæſis remanentibus primo dictæque perſonæ poſtquam ad earundem Canonicatuum & præbendarum poſſeſſionem admiſſæ fuiſſent ſtatim illorum fructus redditus & proventus percipere poſſent cum integritate ac inſuper cum primo dictæ perſonæ hujusmodi eosdem Canonicatus & præbendas pacifice aſſecutæ fuiſſent facultatem in qua Magiſtri & Doctores extitiſſent in prædicta univerſitate ſtudii Mogunt. hujusmodi continuo legere teneantur & ſi ad id negligentes vel remiſſæ fuiſſent per *Dietherum* & ſucceſſores ſuos Mogunt. Archiepiſcopos pro tempore exiſtentes prædictos cum pro parte Rectorum ſeu proviſorum dictæ univerſitatis ſtudii Mogunt. hujusmodi requiſiti fuiſſent ad eorum hac in parte reſpective debitum exequendum, modis & cenſuris de quibus illi viſum fuiſſet coarctari poſſent & ulterius ſi aliquæ ex primo dictis perſonis per ſex menſes &

ultra

ultra a debita lectura ex causa quam rectores vel provisores universitatis studii Mogunt. prædicti minime duxissent approbandam cessavissent Canonicatu & præbenda quos propterea affecutæ fuissent alteri personæ ad lecturam hujusmodi idoneæ per modum præmissum conferendis ipso facto privatæ existerent nullam tamen inhabilitatis notam sive maculam propterea incurrendo quòdque etiam personæ primo dictæ in prima earum receptione in dictis collegiatis Ecclesiis juxta illarum respective statuta aliquid solvere, etiam quantumcunque minimum per earundem collegiatarum ecclesiarum respée capitula compelli aut coarctari non possent suæ perpetuo valituræ & irrefragabilis constitutionis edicto apostolica auctoritate statuit & ordinavit decernens singulas litteras prædictas & quæcunque alia statuta & quidquid in præmissis vel præmissorum quolibet a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigisset attentari, irrita & infecta nulliusque roboris vel momenti & alias prout in ejusdem Sixti prædecessoris litteris Apostolicis desuper sub datum Romæ apud S. *Petrum* Anno incarnationis Dominicæ millesimo quatringentesimo septuagesimo septimo Decimo septimo Kalend. Januarii pontificatus sui Anno septimo expeditis plenius continetur & subinde sicut etiam accepimus postquam ejusdem *Sixti* prædecessoris Litteræ prædictæ illarum tenorem & formam in universitate studii Moguntini prædicti ut præfertur publicatæ fuerant de Millesimo quatringentesimo octuagesimo uno & una S. *Bartholomæi* ac de millesimo quatrin-

genteſimo octuageſimo 4to reſpective annis Domini altero & altera S. *Mariæ in Monte* nuncupatæ Collegiatarum Eccleſiarum prædicti oppidi Francofurtenſis certo tunc expreſſo modo extradictam curiam vacantibus de primo dictis videlicet quondam *Martino Guppel* de ſecundo dictis vero Canonicatibus & præbendis hujusmodi ut præfertur vacantibus quondam *florentio Zyl* Clericis ſeu presbyteris tunc in humanis agentibus ac in prædicta univerſitate ſtudii Mogunt. hujusmodi actu legentibus a tunc exiſtente Archiepiſcopo Mogunt. uti earundem litterarum dicti Sixti prædeceſſoris Executore ac ſcripta earundem dicti *Sixti* prædeceſſoris litterarum forma reſpective proviſum fuit, certaque inter *Martinum* præfatum ex una & S. *Bartholomæi* Collegiatæ Eccleſiæ prædictæ Capitulum ex altera partibus lite & cauſa coram certo tunc illarum partium Judice pendente ſuper primo dictorum Canonicatus & præbendæ eidem Martino ut præfertur collatorum diſtributionibus quotidianis poſt aliquam litis hujusmodi diſcuſſionem Martinus ac S. *Bartholomæi* Collegiatæ Eccleſiæ prædictæ Capitulum hujusmodi ad quandam devenerunt inter ſe bonæ fidei concordiam, videlicet quod capitulum dictæ Collegiatæ Eccleſiæ S. *Bartholomæi* ſingulis annis eidem Martino ejusque ſucceſſoribus Canonicatum & præbendam primo dictos ac eidem *Martino* tunc ut præfertur Collatos pro tempore quomodolibet obtinentibus quatraginta florenos monetæ Rhenenſis pro omnibus & ſingulis primo dictorum Canonicatus & præbendæ eidem

dem Martino collatorum ut præfertur fructibus redditibus & proventibus ac etiam distributionibus quotidianis, Martinus vero & succeſſores prædicti in illorum admiſſione pecunias juxta dictæ Collegiatæ Eccleſiæ S. *Bartholomæi* ſtatutorum proviſionem in admittendis novis Canonicis perſolvi ſolitas perſolvere reſpective teneantur & quo ad florentium prædictum Lis pariter & Cauſa inter eum ex una S. *Maria* del *monte* Collegiatæ Eccleſiæ prædictæ capitulum ex altera partibus ſuper ejusdem *florentii* admiſſione in canonicatum & præbendam ſecunda dictorum eidem *florentio* ut præfertur collatos conteſtata ſed non ulterius proſecuta fuit, ac pariter de eodem anno milleſimo quatringenteſimo octuageſimo quarto orta quoque inter tunc exiſtentem Univerſitatis ſtudii Mogunt. hujusmodi adminiſtratorem ex una & S. *Mariæ* & S. *Georgii* alias S. *Leonardi* Collegiatæ Eccleſiæ præfati oppidi Francofurtenſis Capitulum ex altera partibus controverſia ſuper redditione rationis annuorum reddituum quorundam canonicatus & præbendæ dictæ Collegiatæ Eccleſiæ S. *Mariæ* & S. *Georgei* alias S. *Leonardi* hujusmodi qui eidem Univerſitati ſtudii Mogunt. præfati tunc incorporati reperiebantur ad dirimendam controverſiam hujusmodi inter eos conventum extitit quod Collegiatæ Eccleſiæ S. *Mariæ* & S. *Georgei* alias S. *Leonardi* hujusmodi Capitulum præfatum quindecim florenos monetæ præfatæ ad rationem viginti quatuor alborum pro quolibet floreno hujusmodi Univerſitati ſtudii Mogunt. præfati Univerſitas vero ſtudii Mogunt. hu-

jusmodi dictæ Collegiatæ Ecclesiæ S. *Mariæ* & S. *Georgei* alias S. *Leonardi* hujusmodi Capitulo pro statutorum medietate vino admissionis & Campanarum jure novem florenos hujusmodi annuatim respective persolverent & successive ut tam pernitiosa litium semina per quæ universitati studii Mogunt. uberes non proveniebant fructus, quod *Sixtus* prædecessor & *Dietherus* Archi Episcopus præfati ex præmissis proventuros esse speraverant evellerentur & ut Magistri Doctores & legentes in Universitate studii Mogunt. hujusmodi tunc & pro tempore existentes per animorum tranquilitatem & rectam eorum laboribus mercedis assignationem litterarum cultui attentius libentiusque incumberent, tunc existens universitatis studii Mogunt. præfati provisor sæcularis de tunc existentium Magistrorum Doctorum & Legentium hujusmodi consensu ad infra scriptam singulorum canonicatuum & præbendarum singularum Ecclesiarum præfatarum & beneficiorum in eis respective existentium, singulis Magistris Doctoribus & legentibus in universitate studii Moguntini præfati tunc & pro tempore existentibus decrevit assignationem videlicet quod imposterum Theologiæ Magistris *S. Petri* extra mœnia præfata in utroque Jure Doctoribus *S. Victoris* extra mœnia hujusmodi *S. Bartholomæi Francofurtensis SS. Petri & Alexandri Aschaffenburgensis* & *S. Petri Fritzlariensis* Medicinæ Doctori & *S. Stephani* Mogunt. artium vero Magistris *S. Joannis* intra *B. Mariæ Virginis in Campis* extra mœnia præfata *B. Mariæ Virginis in*

monte

monte S. Leonardi Francofurtenſis *S. Martini Bingæ* ac *S. Catharinæ in Oppenheim* Oppidorum hujusmodi Collegiatarum Eccleſiarum prædictarum Canonicatus & præbendæ ac perpetuum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum vicaria nuncupatum in prædicta Collegiata Eccleſia *S. Albani* extra mœnia hujusmodi reſpective deberentur ac alias prout in Inſtrumento aſſignationis hujusmodi deſuper confecto etiam plenius continetur poſtmodum vero de Anno ejusdem Domini milleſimo quingenteſimo quarto etiam uno & una *S. Stephani* Mogunt. qui & quæ Medicinæ lectori & ſubinde de Anno præfati Domini milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo altero & altera S. Joannis intra, ac reliquo & reliqua *B. Mariæ* Virginis Collegiatarum Eccleſiarum præfatarum Canonicatibus & præbendis nec non ſupradicto perpetuo ſimplici beneficio Eccleſiaſtico vicaria nuncupato in prædicta Collegiata Eccleſia *S. Albani* extra mœnia præfata qui & quæ ac quod artium Magiſtris in vim aſſignationis hujusmodi debiti ac debitæ ac debitum reſpective reperiebantur certo etiam tunc expreſſo modo extra dictam curiam vacantes Canonicatus & præbendæ prædicti ac beneficium hujusmodi ut præfertur tunc vacantes & vacans ab eorundem *S. Stephani* & *S. Joannis* ac *B. Mariæ Virginis* & *S. Albani* Collegiatarum Eccleſiarum præfatarum Capitulis cum hoc tamen quod *S. Stephani* quatraginta *S. Joannis* triginta *B. Mariæ Virginis* alios triginta ad rationem viginti ſex *S. Albani* vero Collegiatarum Eccleſiarum præfatarum Capitula quatraginta

traginta florenos auri & viginti quatuor alborum reſpective rationem dictæ univerſitati ſtudii Mogunt. præfati perſolvere annuatim reſpective tenerentur reſtituti ſeu incorporati ac reſtitutæ ſeu incorporatæ nec non reſtitutum ſeu incorporatum reſpective fuerunt ac fuit cum autem ſicut etiam nobis pro parte venerabilis fratris Noſtri *Lotharii Franciſci* ex Comitibus de *Schönborn* moderni Archiepiſcopi Moguntinen. ac unius ex Sacri Romani Imperii principibus & Electoribus nuper expoſitum fuit, omnia & ſingula præmiſſa inter *Martinum* & univerſitatem ſtudii Mogunt. præfati illiusque tunc Exiſtentem proviſorem & Adminiſtratorem nec non S. *Bartholomæi* ac S. *Mariæ del Monte* ac S. *Stephani* & S. *Joannis* & *Beatæ Mariæ Virginis* ac S. *Albani* Collegiatarum Eccleſiarum hujusmodi capitula præfata utpote contra præfatæ ejusdem Sixti prædeceſſoris conſtitutionis edictum irritanti Decreto vallatum nulliter & de facto geſta irrita & invalida nulliusque roboris & momenti fuiſſe & fore noſcantur & licet hucusque obſervata fuerint & obſerventur de præſenti nihil tamen eidem univerſitati ſtudii Mogunt. præfati congrui ſubſidii nihilque attulerint nec afferant ſtabilimenti quinimo ob incongruam eidem univerſitati ſtudii Mogunt. hujusmodi & in ea jura artesque præfatas profiteri debentibus ut præfertur aſſignatorum aſſignationem & ſic omnimodam nonnullorum ex emolumentis aſſignatis præfatis ſæva vi temporum bellorumque ac hæreſis inibi graſſantium Tyrannide ſuadente ceſſationem publici civilis & Canonici Jurium ac Medicinæ artiumque præfatarum

fatarum profeſſoribus a multo tempore caruerit & careat ad præſens quapropter Juventus jura, Medicinam artesque hujusmodi addiſcere cupiens propingua hæreticorum Gymnaſia in quibus omnia ſtudia ad hæreſes & falſa dogmata propaganda diriguntur & ſapientia hujus ſeculi gubernantur cum magno ſpiritualium & temporalium rerum damno & in maximum noſtræ religionis dedecus quin & detrimentum adire cogitur & dictus *Lotharius Franciſcus* Archiepiſcopus intimis deplorans Lacrymis quod in civitate illa in qua ingenio *Theodorici Grosmundi* ars Typographica ſuum ſuſcepit exordium ſcientiarum cultus ſuum propediem ſortiturus ſit exitum provideque conſiderans quod ſi univerſitas ſtudii Mogunt. præfati omnino deferatur exuviæ illæ Catholicæ religionis quæ in illis partibus ab hæreticæ pravitatis faucibus gratia adjuvante Domini ereptæ adhuc vigent per venenatorum ebibitionem dogmatum aliqua in parte ni penitus extinguerentur ad evitandum tam grande periculum & ne univerſitas ſtudii Mogunt. præfati omnino deferatur non nullos presbyteros Societatis Jeſu qui in ea phyloſophiam & Theologiam ac humaniores litteras legunt propriis ſuæ Archi Epiſcopalis Mogunt. & Electoralis menſæ ſumptibus alendos conduxit alatque de præſenti & licet omnia & ſingula per Sixtum prædeceſſorem præfatum in præfata ejus conſtitutione pro bono pacis ejusdem univerſitatis ſtudii Mogunt. ac ſtabilitate & regimine provide ſtatuta & decreta fuerint nihilominus affectio ſingulorum Canonicatuum & præbendarum

in

in ſingulis Collegiatis Eccleſiis præfatis ad hoc ut ſinguli Canonicatus & præbendæ hujusmodi ſingulis Doctoribus & Magiſtris cæterisque in univerſitate ſtudii Mogunt. præfati legentibus hujusmodi conferrentur & de illis reſpective provideretur illam ut rerum uſus edocuit non videtur exhibere ſpem ſtabilitatis quam conſtitutio ipſa exoptare quæque ipſi univerſitati ſtudii Mogunt. præfati per oppurtuna fore dignoſcitur nullus enim reperiri valet Doctor ſeu Magiſter operam ſuam inibi impenſurus laboribus ſuis mercedem exſpectaturus, niſi prævia annullatione omnium & ſingulorum per Martinum & univerſitatem ſtudii Mogunt. præfati illiusque proviſorem & adminiſtratores ac S. *Bartholomæi* & S. *Mariæ del Monte* ac S. *Stephoni* & S. *Joannis* ac *B. Mariæ Virginis* & S. *Albani* Collegiatarum Eccleſiarum præfatarum Capitula hujusmodi nulliter tamen & de facto ut præfertur geſtorum infra ſcripti ſinguli Canonicatus & præbendæ omnium & ſingularum infraſcriptarum collegiatarum Eccleſiarum videlicet duo & Duæ S. *Petri* in qua viginti nec non ſexdecim duo & duæ S. *Victoris* in qua viginti nec non decem duo & duæ Equeſtris nuncupatæ S. *Albani* in qua ſexdecim nec non duodecim & unus & una S. *Stephani* in qua ſeptem nec non una præpoſitura inibi principalis & una cuſtodia ſecunda dignitates exiſtentes nec non duodecim unus & una B. *Mariæ Virginis ad Gradus* nuncupatæ Mogunt. in qua duodecim unus & una ſimiliter Equeſtris nuncupatæ S. *Ferrutii Bleidenſtatt* in quo octo nec non octo unus & una

olim

olim B. *Mariæ Virginis in Campis* etiam nuncupatæ nunc vero S. *Crucis* extra moenia Civitatis Mogunt. Dioeceſis in qua decem nec non quindecim unus & una S. *Joannis Baptiſt.* Mogunt. in qua decem nec non ſeptem unus & una S. *Bartholomæi* francofurtenſis in qua duodecim nec non ſex unus & una *Beatæ Mariæ Virginis in monte* ſimiliter nuncupatæ etiam francofurti in qua novem nec non unum & unus & una S. *Mariæ* & S. *Georgei* alias S. *Leonardi* pariter Francofurti in qua ſex unus & una SS. *Petri* & *Alexandri* Aſchaffenburgenſis in qua octodecim nec non novem ac reliqui & reliquæ Canonicatus & præbendæ S. *Petri* fritzlariæ oppidorum dictæ Mogunt. Dioeceſis ſecularium & Collegiatarum Eccleſiarum in qua decem Canonicatus & præbendæ nec non novem perpetua ſimplicia perſonalemque reſidentiam forſan requirentia beneficia Eccleſiaſtica Vicariæ aut aliter nuncupata perpetuo reſpective canonice erecti & erectæ ac erecta reperiuntur ille videlicet Canonicatus, & illa præbenda quem & quam cum primum in ſingulis Collegiatis Eccleſiis præfatis reſpective contigerit vacare, ut infra perpetuo ſupprimerentur ac extinquerentur ac cujuslibet ex ſingulis canonicatibus & præbendis ſicut præfertur ſupprimendis & extinquendis fructus redditus & proventus univerſitati ſtudii Mogunt. præfati etiam perpetuo ut infra applicarentur & appropriarentur aliqua infra ſcripta fierent & ordinarentur ex hoc profecto divinus cultus in ſingulis Collegiatis Eccleſiis præfatis ſuum non ſentiret detrimentum ac

per-

perpetuæ dicti universitatis studii Mogunt. stabilitati per opportune consuleretur, nos qui dudum inter alia voluimus quod petentes beneficia Ecclesiastica aliis unire tenerentur exprimere eorum verum annuum valorem, alioquin unio non valeret idemque servaretur in quibusvis dismembrationibus Concessionibus & applicationibus de quibuscunque fructibus & bonis Ecclesiasticis prædictis in quorum humilitatem altissimus ad sustinendas ejus vices in terris eligere dignatus est, ubi in supremo militantis Ecclesiæ solio constituti fuimus universas orbis Christiani provincias prout pastoralis officii sollicitudo postulabat indefessæ mentis nostræ acie perlustravimus illasque singulas sic nobis perlustrantibus Germania provincia occurrit quæ superioribus seculis inter cæteras fortissimæ ipsius Nationis laudes atque virtutes sinceræ fidei Christianæ religionis Cultu ita eminere consuevit ut reliquis Christianæ reipublicæ partibus non minori exemplo quam Ornamento & decori extitit postmodum vero tot tantisque in ea instinctu Sathanæ excitatis de religione dissidiis tam miserandum in modum afflicta fuit ut nemo vel mediocri pietate præditus sine gemitu & Lachrimis tam grandem animarum Jacturam intueri queat, nam provinciam hujusmodi olim perfecti decoris vidimus & postquam super eam flevimus illam præcipue in nobis excitavimus curam per quam quibusvis possimus modis ea, quæ a prædecessoribus nostris apta sanandis illius vulneribus ipsis ab ea ulterius arcendis remedia provide exhibita fuerunt

salub-

ſalubriora per nos indies efficerentur hinc pium & laudabile *Lotharii Franciſci* Archi Epiſcopi præfati propoſitum benignis ſuſcepimus auribus illudque in Domino laudavimus & attendentes quod non tam perſonarum divino nomini pſallentium quam validiſſimo ſcientiarum Clypeo Armatarum Cultus Ortodoxæ religioni procurantur Triumphi ipſum *Lotharium Franciſcum* Archi Epiſcopum nec non dilectos filios modernos adminiſtratores & proviſores Univerſitatis ſtudii Mogunt. hujusmodi a quibusvis Excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti aliisque Eccleſiaſticis ſententiis Cenſuris & poenis a jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium tantum conſequendum harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes motu proprio & ex certa ſcientia meraque deliberatione noſtra deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine devoto congregationis particularis nonnullorum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium deputatæ omnia & ſingula per *Martinum* & Univerſitatem ſtudii Mogunt. hujusmodi illiusque tunc exiſtentes proviſorem & adminiſtratores nec non S. *Bartholomæi* ac S. *Mariæ del monte* & S. *Stephani* & S. *Joannis ac B. Mariæ Virginis* & S. *Albani* Collegiatarum Eccleſiarum præfatarum Capitula hujusmodi & quoſcunque alios hucusque ſuper præmiſſis contra formam & tenorem dictæ conſtitutionis a Sixto prædeceſſore prædicto ſuper eisdem præmiſſis ut præfertur emanatæ nulliter & de facto geſta nec non omnes & ſingulas concordias inter Martinum & univerſita-

tem ſtudii Mogunt. illiusque tunc exiſtentem proviſorem & Adminiſtratores nec non S. *Bartholomæi* & S. *Mariæ del monte* ac S. *Stephani* & S. *Joannis* ac *B. Mariæ Virginis* & S. *Albani* Collegiatarum Eccleſiarum hujusmodi capitula prædicta & quoscunque alios deſuper initas apoſtolica auctoritate annullamus ac nulla & invalida nullasque & invalidas nulliusque roboris & momenti fore & eſſe illorumque & illarum prætextu nullumque Jus nullumque titulum etiam coloratum poſſidendi alicui tribui aut in jus vel controverſiam juris reduci poſſe perinde ac ſi omnia & ſingula geſta præfata nunquam geſta & Concordiæ præſatæ nunquam deſuper initæ fuiſſent volumus & declaramus nec non omnes & ſingulas lites & Cauſas ſiquæ deſuper inter Univerſitatem ſtudii Mogunt. illiusque proviſores & adminiſtratores ac S. *Bartholomæi* & S. *Mariæ del monte* S. *Stephani* & S. *Joannis B. Mariæ Virginis* & S. *Albani* Collegiatarum Eccleſiarum præfatarum capitula præfata ac inter quoscunque alios coram quocunque Judice competente præmiſſorum occaſione ortæ nunc pendeant ſeu impoſterum orituras pendere contigerit poenitus ad nos avocamus omnesque & ſingulas lites præfatas quoad univerſitatem ſtudii Mogunt. illiusque proviſores & adminiſtratores ac S. *Bartholomæi* S. *Mariæ del monte* S. *Stephani* S. *Joannis B. Mariæ Virginis* & S. *Albani* Collegiatarum Eccleſiarum hujusmodi capitula præfata & quoscunque alios etiam quo orituras ex nunc prout ex tunc & econtra ac ubi illas pro tempore oriri contigerit pœnitus extinguimus & extinctas

eſſe

esse etiam volumus nec non universitati studii Mogunt. illiusque administratoribus & provisoribus ac S. *Bartholomæi* S. *Mariæ del monte* S. *Stephani* S. *Joannis B. Mariæ Virginis* & S. *Albani* Collegiata rum Ecclesiarum hujusmodi capitulis præfatis ac quibuscunque aliis super præmissis perpetuum silentium dicta auctoritate imponimus & attento quod pro ut experientia docuit, affectio Canonicatuum & præbendarum primo dictorum prædictæ universitatis studii Mogunt. ac in ea lectorum manuten tione illorumque congrua sustentatione a præfato *Sixto* prædecessore ut præfertur de mandata suum hujusque sortiri non potuit integrum effectum, quin ex ea tot tantæque lites præfatæ exortæ fuerint ut igitur manutentioni sustentationique præfatorum ac præfatæ universitatis studii Mogunt. tranquilitati quæ studiosorum animis consentanea est per opportune consulatur & ne juventus illa pro addiscendis juribus infrascriptis ac catholicorum Cathedras in orthodoxæ religionis & animarum pernitiem adire cogatur duos & duas nuncupatæ S. *Petri* ac duos & duas S. *Victoris* ac duos & duas Equestris nuncupatæ S. *Albani* ac unum & unam S. *Stephani* ac unum & unam præfatæ *Mariæ Virginus ad gradus* nuncupatæ ac unum & unam S. *Joannis Baptistæ* Mogunt. ac unum & unam similiter Equestris nuncupatæ S. *Ferrutii* in *Bleidenstatt* ac unum & unam olim *B. Mariæ* Virginis in *Campis* etiam nuncupatæ nunc vero S. *Crucis* extra mœnia civitatis Mogunt. ac unum & unam S. *Bartholomæi* Francofurti & unum & unam ejusdem *B. Mariæ*

Virginis in monte nuncupatæ etiam Francofurti ac unum & unam S. *Mariæ* & S. *Georgei* alias S. *Leonardi* pariter Francofurti ac unum & unam SS. *Petri & Alexandri* Aſchaffenburgenſis nec non reliquum & reliquam S. *Petri* Fritzlariæ oppidorum præfatorum dictæ Mogunt. Dioeceſis Collegiatarum Eccleſiarum præfatarum Canonicatus & præbendas quorum cujuslibet & illis forſan reſpective annexorum fructus redditus & proventus viginti quatuor Ducatorum auri de Camera ſecundum communem exiſtimationem valorem annuum ut etiam accepimus non excedunt cum primum illos & illas ac quemlibet illorum & illarum perceſſum etiam ex Cauſſa permutationis vel deceſſum ſeu privationem & quamvis aliam dimiſſionem & amiſſionem aut religionis ingreſſum & profeſſionis emiſſionem illos & illas nunc reſpective obtinentium aut alias quovis modo etiam apud ſedem Apoſtolicam etiam in aliquo ex menſibus nobis & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti ſedique præfatæ per quascunque conſtitutiones apoſtolicas ac noſtras ac Cancellariæ Apoſtolicæ regulas edictas vel edendas & concordata dudum inter ſedem Apoſtolicam præfatam & inclitam nationem germanicam inita vel alias quomodolibet reſervatis ſeu ordinariis Collatoribus etiam per conſtitutiones & regulas easdem & Concordata hujusmodi vel alia privilegia & indulta hactenus conceſſa & impoſterum concedenda competentibus vacare contigerit etiam ſi actu nunc ut præfertur aut alias quovis modo quem etiam ſi ex illo quævis generalis reſervatio etiam in corpore

juris

juris clauſa reſultet præſentibus haberi volumus pro expreſſo & quorumcunque perſonis ſeu per liberas reſignationes illos & illas nunc reſpective obtinentium vel quorumvis aliorum de illis in Romana curia vel extra eam etiam coram Notario publico & teſtibus ſponte factas aut aſſecutionem aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum quavis auctoritate collatorum valent etiam tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio juxta Lateranenſ. ſtatuta Concilii ad ſedem Apoſtolicam reſpective legitime devoluta exiſtat ipſique Canonicatus & præbendæ diſpoſitioni apoſtolicæ ſpecialiter vel alias generaliter reſervati exiſtant & ſuper eis inter aliquos Lis cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo pendeat indeciſa illorumque & illarum reſpective titulos collativos ex nunc prout ex tunc ac poſtquam illi & illæ ut præfertur vacaverint apoſtolica auctoritate præfata ſalva tamen & illæſa remanente in reliquis quo ad privilegia nec non exemptiones & immunitates eidem univerſitati ſtudii Mogunt. ac lectoribus & juvenibus in ea legentibus & ſtudentibus antea perdictum Sixtum prædeceſſorem conceſſa & conceſſas nec non quoad ejusdem univerſitatis ſtudii Mogunt. directionem & ſuperioritatem per eundem Sixtum prædeceſſorem demandatam præfata ejusdem Sixti prædeceſſoris conſtitutione deſuper edita ad infrascriptorum effectum tantum, & non in aliam cauſam dicta apoſtolica auctoritate motu pari ſine tamen præjudicio illos & illas nunc obtinentium perpetuo ſupprimimus & extinguimus illisque ſic ſuppreſſis

& extinctis omnia & singula bona res proprietates fructus jura obventiones & emolumenta quæcunque in quacunque re consistentia & undecunque provenientia & ad singulos Canonicatus & singulas præbendas ut præfertur suppressos & extinctos ac suppressas & extinctas respective spectantia & pertinentia, non tamen illa pro distributionibus quotidianis si quæ fuerint assignata quæ singulis singularum Collegiatarum Ecclesiarum præfatarum in quibus suppressio & extinctio singulorum Canonicatuum & præbendarum suppressorum & extinctorum ac suppressarum & extinctarum hujusmodi suum pro tempore sortitæ fuerint effectum respective capitulis reservata & incorporata illorumque respective remanentibus Canonicis pro eorum distributionibus quotidianis seu earundem distributionum quotidianarum augmento remaneant, & cum eadem lege ut iis quibus distributiones ipsæ alias pro servitio Chori & cultu divino in singulis collegiatis Ecclesiis præfatis acquiri solent & debent acquirantur præfatæ universitati studii mogunt. hujusmodi ita quod liceat eidem universitati studii Mogunt. hujusmodi illiusque administratoribus nunc & pro tempore existentibus præfatis eorumque bonorum rerum proprietatum fructuum reddituum & proventuum jurium obventionum & emolumentorum præfatorum veram realem & actualem possessionem per se vel alium seu alios eorum & dictæ universitatis studii Mogunt. præfati nominibus propria auctoritate libere apprehendere & apprehensam perpetuo retinere, cum hoc tamen

quod

Digitized by Google

quod omnium & ſingulorum Canonicatuum & ſingularum præbendarum ut præfertur ſuppreſſorum & extinctorum ac ſuppreſſarum & extinctarum illorumque & illarum reſpective bonorum rerum jurium proprietatum præfatorum reſpective fructus redditus & proventus poſtquam ſuppreſſio & extinctio præfatæ in omnibus & ſingulis Canonicatibus & præbendis præfatis ut præfertur ſuppreſſis & extinctis ſeu illorum aliquo earum ſortitæ fuerint effectum a perſona idonea per ejusdem Univerſitatis ſtudii Mogunt. rectores & proviſores nunc & pro tempore exiſtentes præfatos quolibet triennio deputanda & approbanda, quæ perſona idonea ut præfertur deputata & approbata omnium & ſingulorum fructuum reddituum & proventuum præfatorum ut infra exactorum eidem Univerſitati ſtudii Mogunt. illiusque rectoribus & proviſoribus nunc & pro tempore exiſtentibus præfatis rationem per nunc & pro tempore exiſtentem Archi-Epiſcopum Moguntinum præfatum an ille rite & recte facta fuerint cum facultatibus quas ad id opportunas eidem Archi-Epiſcopo nunc & pro tempore exiſtenti modo tribuimus revidendam reddere quolibet anno debeat & teneatur percipi & exigi, fructusque redditus & proventus præfati ut præfertur exacti & percepti in quatuor lectorum idoneorum unius videlicet Juris publici & feudalis ac unius juris Canonici ac unius Codicis & digeſtorum ac unius Medicinæ prædictæ univerſitatis ſtudii Mogunt. rectores & proviſores nunc & pro

tempore exiſtentes præfatos juxta formam & tenorem præfatæ conſtitutionis Sixti prædeceſſoris hujusmodi nominandorum & ad eorum nutum amovibilium, qui jura præfata ſedulo & publice in ejusdem univerſitatis ſtudii Mogunt. ſcholis per ſe ipſos niſi infirmitatis impedimento detenti fuerint quo impedimento hujusmodi tantum durante & non ultra per alias prævia Archi-Epiſcopi ac rectorum & proviſorum nunc & pro tempore exiſtentium præfatorum licentia & approbatione ſingulis dietus & horis ſolitis ab Archiepiſcopo Moguntino ejusdemque univerſitatis ſtudii Mogunt. rectoribus & proviſoribus nunc & pro tempore exiſtentibus præfatis præſcribendis legere debeant & teneantur ſalarium vero unicuique e Lectoribus præfatis ratam partem ſolvendo & non in alios uſus converti debeant, ſi vero ſuppreſſione & extinctione præfatis nec non appropriatione & applicatione infra ſcriptis earum reſpective effectum ſortitis lectores præfati illorum reſpective lecturæ munus ut præfertur non expleverint aut lectorum hujusmodi nominatio ut præfertur non fiat tunc & eo caſu ac donec & quousque illorum reſpective lecturæ munus hujusmodi ab eisdem lectoribus debite expleri & illorum nominatio ut præfertur fieri contigerit fructus redditus & proventus præfati omnium & ſingulorum Canonicatuum & præbendarum omnium & ſingularum collegiatarum Eccleſiarum præfatarum ex nunc ut præfertur in eis reſpective ſuppreſſorum & extinctorum ad illarum in quibus Canonicatus & præbendæ ut præfertur

fertur ſuppreſſi & extincti fuerint reſpective Capitula & Canonicos ſpectent & pertineant & dummodo in eadem univerſitate ſtudii Mogunt. Lectores & presbiteri præfati dictæ ſocietatis Jeſu alias facultates legunt pro quibus menſa Archi-Epiſcopalis & Electoralis Mogunt. ut pariter accepimus annuam ſummam florenorum mille & ſexcentorum monetæ illarum partium ſolvere ſolet & pro qua ſolvenda *Lotharius Franciſcus Archi-Epiſcopus* præfatus ſe ſuosque ſucceſſores ſuffragantibus ſibi quatenus opus ſit infra ſcriptis facultatibus a nobis ut infra ſibi concedendis pro phyloſophiæ ac Theologiæ ſpeculativæ & moralis ac ſacræ ſcripturæ lectionibus horis & diebus præfatis in præfata univerſitate ſtudii Mogunt. habendis obligare debeat ut teneatur motu & auctoritate paribus ſupportatis tamen per univerſitatem ſtudii Moguntini illiusque rectores & proviſores præfatos omnibus & ſingulis canonicatuum & præbendarum ſuppreſſorum & extinctorum ac ſuppreſſarum & extinctarum hujusmodi oneribus ſi quæ ſint perpetuo applicamus & appropriamus & attento quod omnium & ſingulorum ſexdecim Canonicatuum & præbendarum ut præfertur ex nunc ſuppreſſorum & extinctorum hujusmodi reſpective vacatio uno eodemque tempore evenire non valet cum hoc quod interim quo omnes dicti ſexdecim Canonicatus & præbendæ vacaverint quatenus illorum Canonicatuum & præbendarum qui vacaverint & reſpective ſuppreſſi & extincti illorumque reſpective fructus, redditus & proventus applicati & appropriati ut præfertur

reſpective fuerint fructus redditus & proventus Salario annuo & quatuor lectoribus hujusmodi ſolvi, quatenus vero hujusmodi Salaria non ſufficiant pro illis annis donec ſuffecturi erunt in librorum emptionem pro ejusdem univerſitatis ſtudii Mogunt. Bibliotecæ ſervitio converti & ſic reſpective quatenus fructus præfati ſecundo aut tertio aut quarto Lectoribus hujusmodi non ſufficerent, quatenus vero fructus redditus & proventus præfati uni duobus tribus aut quatuor lectoribus præfatis ſufficiant ſtatim in congruum illorum reſpective Salarium præfatum & non in ullam aliam omnino cauſam aſſignari & erogari debeant, & cum hac prælatione ut primo pro jure publico & feudali ſecundo jure Canonico tertio pro Codicis & Digeſtorum & quarto locis pro Medicinæ hujusmodi lectura inſtitui debeant & ex nunc quatenus opus ſit lecturas præfatas ordine præmiſſo inſtituimus & erigimus ac inſtitutas & erectas eſſe volumus & inſuper attento quod ſicut pariter accepimus fructus redditus & proventus omnium & ſingulorum Canonicatuum & præbendarum omnium & ſingularum Collegiatarum Eccleſiarum præfatarum non in cujuslibet earum reſpective diſtinctis præbendis ſed in quodam eorundem fructuum repartimento quod ab earum omnibus & ſingulis reſpective capitulis certis anni temporibus habetur conſiſtunt, motu pari mandamus quatenus omnium & ſingularum Collegiatarum Eccleſiarum præfatarum in quibus ſuppreſſio & extinctio præfatæ earum pro tempore ſortitæ erunt effectum reſpecti-

ve

ve Capitula in manibus perſonæ ad exigendum fructus redditus & proventus præfatos ut præfertur pro tempore deputatæ & approbatæ eorum vel eorundem fructuum reddituum & proventuum portionem & canonicatum in eis tunc reſpective ſuppreſſum & extinctum quomodolibet ſpectantem juxta repartimentum hujusmodi ac prævia dicti repartimenti ratione eidem perſonæ tunc ut præfertur deputatæ & approbatæ pro tempore exiſtenti reddenda integraliter & absque ulla diminutione perinde ac ſi univerſitas ſtudii Mogunt. hujusmodi unus ex illorum reſpective Canonicis vere & realiter exiſteret, in eisdem eorum reſpective Eccleſiis inſerviret, conſignare debeant & teneantur & ut ſuppreſſio & extinctio nec non applicatio & appropriatio omniaque & ſingula præmiſſa utpote bonum publicum reſpicientia debitæ ſollicitæque Executioni demandetur *Lothario Franciſco* Archi-Epiſcopo Mogunt. illiusque ſucceſſoribus pro tempore exiſtentibus Mogunt. Archi-Epiſcopis præfatis motu ſimili ac etiam in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus ac etiam committimus quatenus ipſe tanquam ſedis Apoſtolicæ delegatus omnique & plena facultate deſuper oportuna ſuffultus ejusque ſucceſſores præfati ſuppreſſionem & extinctionem ac applicationem & appropriationem aliaque præmiſſa quanto citius Executioni ſemper & quandocunque a dato præſentium tantum etiamſi ſexdecim Canonicatus & præbenda aut aliqui eorum tunc actu ut præfertur non vacaverint & ſine præjudicio Canonicatus

nicatus & præbendas præfatas, qui tunc non vacaverint obtinentium demandari curet & curent per quæcunque juris remedia compellatque & compellant qui ad id fuerint compellendi tam ad ſuppreſſionem & extinctionem nec non applicationem & appropriationem prædictas ad hoc ut illæ, quam primum earum debitum ſortiantur effectum quoad nominationem lectorum præfatorum, nec non lectores ipſos ut eorum reſpective lecturæ munus in prædicta Univerſitate ſtudii Mogunt. horis & diebus præfatis ſedulo expleant eidem *Lothario Francifco* Archi-Epiſcopo ejusque Succeſſoribus Mogunt. Archi Epiſcopis pro tempore exiſtentibus præfatis ut omnes & ſingulos Menſæ Archi Epiſcopalis & Electoralis Mogunt. fructus redditus & proventus ut prædicta ſumma mille & ſexcentorum florenorum hujusmodi annuatim pro manutentione Lectorum aliarum facultatum & artium in præfato ſtudio Mogunt. perſolvendorum ut præfertur obligare libere & licite valeant quatenus opus ſit licentiam deſuper & facultatem dicta apoſtolica auctoritate concedimus & impartimur ac præterea ex nunc plenum jus in ſexdecim Canonicatibus & præbendis ex nunc ut præfertur ſuppreſſis & extinctis vel ad illos vere & non ficte præfatæ univerſitati ſtudii Moguntini hujusmodi omnino acquiſitum exiſtere ac ſuppreſſionem & extinctionem præfatas in uno & una ex ſexdecim Canonicatibus & præbendis ex nunc ut præfertur ſuppreſſis & extinctis effectum ſortitas in reliquis quindecim Canonicatibus & præbendis, hujusmodi totum integrum effectum

ſortitas

ſortitas eſſe dictamque Univerſitatem ſtudii Mogunt. prædicti beneficio regularum noſtrorum & Cancellariæ Apoſtolicæ regulis de non tollendo jure quæſito ac de annali & triennali poſſeſſoribus gaudere dictosque ſexdecim Canonicatus & præbendas ex nunc ut præfertur ſuppreſſos & extinctos de cætero & illorum reſpective obtinentium perſonis ad hoc ut de illis in alterius quam ſuppreſſionis & extinctionis nec non univerſitatis ſtudii Mogunt. hujusmodi favorem diſponi quovis modo poſſit minime vacare poſſe Archi-Epiſcopo Mogunt. pro tempore exiſtenti ac omnibus & ſingulis omnium & ſingularum Collegiatarum præfatarum capitulis præfatis aliisque ad quos dictorum ſexdecim Canonicatuum & præbendarum ex nunc ut præfertur ſuppreſſorum & extinctorum hujusmodi tunc pro tempore vacantium collatio proviſio & quævis alia diſpoſitio communiter vel diviſim ceſſantibus reſervationibus & affectionibus Apoſtolicis ſpectat & pertinet ne de illis cum vacaverint ut præfertur etiam prætextu quorumcunque privilegiorum & indultorum etiam ſub quibuscunque tenoribus & formis conceſſorum nec non concordatorum præfatorum providere ſeu de illis diſponere quovis modo præſumant diſtrictius inhibentes ac ex nunc omnes & ſingulas proviſiones Collationes & quasvis alias diſpoſitiones de ſexdecim Canonicatibus & præbendis ex nunc ſuppreſſis & extinctis & illorum aliquo quovismodo vacaturis & vacaturo in alterius quam ſuppreſſionis & extinctionis ac univerſitatis ſtudii Mogunt. hujusmodi favorem etiam per

nos

nos & ſedem & eandem etiam cum quibusvis clauſulis & decretis faciendas tanquam præter & contra mentem & intentionem noſtram factas nullas & invalidas nulliusque roboris vel momenti fore, nullumque per eas cuiquam Jus acquiri vel etiam coloratum titulum poſſidendi tribui poſſe, præſentes quoque validas & efficaces fore & eſſe ſuosque plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere easque ſub quibuscunque ſimilium & diſſimilium gratiarum revocationibus ſuſpenſionibus Limitationibus derogationibus aut aliis contrariis diſpoſitionibus per quascunque conſtitutiones apoſtolicas & Cancellariæ prædictæ regulas &c. per nos & ſucceſſores noſtros Romanos pontifices pro tempore exiſtentes ac ſedem eandem etiam motu ſimili &c. conſiſtorialiter ac cum nominum & cognominum ſexdecim canonicatus & præbendas ex nunc ut præfertur ſuppreſſos & extinctos nunc & pro tempore reſpective obtinentium nec non univerſitatis ſtudii Mogunt. prædicti ac datæ earundem præſentium ſpecifica & expreſſa mentione ac alias ſub quibuscunque tenoribus & formis pro tempore factis & conceſſis minime comprehendi ſed ſemper ab illis excipiet quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum & validiſſimum ſtatum reſtitutas repoſitas & plenarie reintegratas & de novo etiam ſub quacunque poſteriori data per univerſitatem ſtudii Mogunt. hujusmodi illiusque Rectores & proviſores nunc & pro tempore exiſtentes præfatos quandocunque eligenda conceſſas eſſe & fore, ſicque & non alias per quoscunque Judices ordinarios vel delegatos

gatos quavis autoritate fungentes etiam cauſarum palatii apoſtolici auditores ac S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de latere legatos dictæque ſedis nuntios ſublata eis & eorum cuilibet quacunque aliter Judicandi forma Judicari & definiri debere ac irritum & inane decernimus quidquid ſecus ſuper his & quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari non obſtantibus priori voluntate noſtra nec non altera noſtris & cancellariæ præfatæ regulis de jure quæſito non tollendo quodque in præmiſſis in eis intereſſe habentes ad id vocati non fuerint & quod ad ſuppreſſionem & extinctionem præfatos quatenus opus ſit ſuperdicta ejusdem Sixti prædeceſſoris quam in reliquis ut præfertur ſalvam & illæſam remanere volumus Nec non quod annuam præſtationem dictorum mille & ſexcentorum florenorum prædictam ejusdem recordationis *Pauli PP. ſecundi* etiam prædeceſſoris noſtri de rebus Eccleſiæ non alienandis aliis, conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis nec non omnium & ſingularum collegiatarum Eccleſiarum præfatarum etiam juramento confirmatione apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus privilegiis quoque indultis & litteris apoſtolicis illis illarumque reſpective Capitulis & Canonicis aliisque ſuperioribus & perſonis pluries conceſſis quibus omnibus & ſingulis etiamſi de illis eorumque tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis illorum tenores ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo præſentibus pro expreſſis

preſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat pleniſſime & latiſſime ac ſpecialiter & expreſſe derogamus ita quod illi ex ſexdecim Canonicatibus & præbendis qui ex nunc ſuppreſſioni & extinctioni hujusmodi ut præfertur affecti comperiuntur & in quibus illorum pro tempore occurrente vacatione ſuppreſſionis & extinctionis prædictarum effectum tunc negligi contigerit noſtræ dictæque ſedis diſpoſitioni reſervati remaneant ita ut de illis per ſedem prædictam tantum diſponi poſſit & ab eadem ſede pro ea vice tantum libere impetrari queant & quid quid eorum quo ad poſteriorem voluntatem noſtram hujusmodi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari irritum quoque decernimus & inane. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis annullationis revocationis avocationis extinctionis ſuppreſſionis applicationis appropriationis inſtitutionis, mandati injunctionis licentiæ impartitionis voluntatis derogationis & decreti infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Romæ* apud Sanctam *Mariam* Majorem Anno incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo tertio decimo pridie non Septembr. Pontificatus noſtri Anno tertio decimo.

LII.

Digitized by Google

LII.

FRVCTVS PRÆBENDÆ IN COLLEGIATA B. M. V. AD GRADVS SVPPRESSÆ VNIVERSITATI ASSIGNANTVR.

Nos *Lotharius Franciſcus* Dei gratia ſanctæ ſedis Moguntinæ Archi Epiſcopus ſacri Romani Imperii per Germaniam Archi Cancellarius Princeps Elector Epiſcopus Bambergenſis &c. Venerabilibus Nobis dilectis & devotis Decano & Capitulo Eccleſiæ noſtræ Collegiatæ ſub Invocatione B. Mariæ Virginis ad Gradus Mogunt. gratiam noſtram noſtrisque imo veriusApoſtolicis obedire mandatis. Litteras ſanctiſſimi in Chriſto Patris ac Domini Dñi Clementis XI. cum filis ſericis rubei, croceique coloris more Romanæ Curiæ appendentibus expeditas Romæ apud ſanctam Mariam Majorem anno 1713. pridie Nonas Septembris bullatas, ſanas & integras non vitiatas neque in aliqua ſui parte ſuſpectas nobis legitime præſentatas Nos ea, qua decet reverentia, noveritis recepiſſe, quarum quidem literarum tenore ſanctiſſimus Dominus ſupradictus revocavit & annullavit conſtitutionem alias a Sixto IV. anno 1477. emanatam, vigore cujus univerſitati ſtudii Generalis Moguntini nominatio ad unum ex Canonicatibus in Eccleſia Collegiata *B. Mariæ V. ad Gradus* prædicta aſſignata fuerat, atque iſta revocatione & annullatione præmiſſis motu proprio & ex certa ſcientia maturaque deliberatione ac cum voto congregationis

particularis quorundam ſacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium unum & unam Canonicatum & præbendam in prædicta Eccleſia Collegiata *B. M. V.* ad Gradus, eum primum illum & illam vacare contigerit aut ſi actu vacet, perpetuo ſuppreſſit & extinxit, illisque ſic ſuppreſſis & extinctis omnia bona, res, proprietates, fructus, jura, obventiones & emolumenta quæcunque in quacunque re conſiſtentia exceptis tamen diſtributionibus quotidianis univerſitati ſtudii Generalis Moguntini appropriavit ita ut eidem univerſitati liceat eorumdem bonorum, rerum, proprietatum, fructuum, obventionum & emolumentorum veram ac realem poſſeſſionem propria auctoritate libere apprehendere & apprehenſam perpetuo retinere, ſupportatis tamen per univerſitatem oneribus omnibus & ſingulis Canonicatus & præbendæ ſic extincti & extinctæ ac ſi univerſitas ipſa unus ex illorum reſpective Canonicis vere ac realiter exiſteret. Voluit inſuper ſanctiſſimus prædictus, ut idem Canonicatus & præbenda ex nunc ſuppreſſioni & extinctioni affectus & affecta, ſi occurrente vacatione ſuppreſſionis & extinctionis effectum negligi contigerit, ſanctæ ſedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervati remaneant, ita ut de illis per ſedem Apoſtolicam tantum diſponi poſſit, decernens irritum & inane, quidquid a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter in contrarium contigerit attentari, prout in ſupradictis literis vobis ſub dato 17. Februarii currentis anni legitime & originaliter oſtenſis ac intimatis & in earumdem tranſumpto vobis etiam communicato plenius con-

tine-

tinetur; Poſt quarum quidem literarum Apoſtolicarum præſentationem, receptionem, intimationem Nobis & per Nos vobis factas ut præmittitur, fuimus pro parte ſæpedictæ Univerſitatis ſtudii Generalis Moguntini humillima cum inſtantia requiſiti, quatenus ad executionem earundem literarum Apoſtolicarum & contentorum in iisdem procedere clementiſſime dignaremur juxta traditam per eas a ſede Apoſtolica Nobis formam. Nos igitur attendentes requiſitionem hujusmodi fore juſtam & conſonam rationi, volentesque executionem Apoſtolicam Nobis in hac parte commiſſam reverenter implere, conſtitutionem *Sixti IV.* ut ſupra revocatam & annullatam & unum ac unam Canonicatum & præbendam in hac noſtra Eccleſia Collegiata *B. Mariæ V. ad Gradus* proxime vacaturum & vacaturam vel jam pridem vacatum & vacatam & etiamnum vacantem perpetuo ſuppreſſum & extinctum ſuppreſſam & extinctam illisque ſic ſuppreſſis & extinctis omnia bona, res, proprietates, fructus, obventiones, jura & emolumenta quæcunque in quacunque re conſiſtentiæ, exceptis tamen diſtributionibus quotidianis univerſitati ſtudii Generalis Moguntini appropriata eſſe & fuiſſe declaramus, ita ut liceat eidem univerſitati eorundem bonorum, rerum, proprietatum, obventionum, jurium, emolumentorum quorumcunque ad dictum Canonicatum & præbendam pertinentium veram ac realem poſſeſſionem libere apprehendere & apprehenſam perpetuo retinere ſupportatis tamen per univerſitatem oneribus omnibus & ſingu-

lis eidem Canonicatui & præbendæ incumbentibus ac ſi univerſitas ipſa unus ex veſtris Canonicis vere ac realiter exiſteret, declaramus inſuper irritum & inane quidquid a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter in contrarium contigerit attentari, non obſtantibus omnibus illis, quæ præfatus ſanctiſſimus Dominus noſter in iisdem literis voluit non obſtare. In quorum fidem & robur præſentes manu noſtra propria ſubſcripſimus, easque ſigilli noſtri appreſſione fecimus communiri. Datum *Moguntiæ* Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo ſeptingenteſimo ſexto decimo, die decima ſeptima Februarii.

Loth. Fran. A. E. M. E. mppr.

LIII.

RESVSCITATIO PRAEBENDARVM VNIVERSITATIS MOG.

In nomine Domini Amen.

Cunctis ubique pateat evidenter & ſit notum quod anno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti MDCCXXXI die vero XIII menſis julij Pontificatus autem ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Dñi *Clementis* divina providentia PP. *XII.* anno primo Ego Officialis infra ſcriptus vidi legi & diligenter inſpexi quasdam litteras Apoſtolicas ſub plumbo more Romane Curie expeditas tenoris ſequentis videlicet.

Cle-

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. In ſupereminenti Apoſtolice dignitatis ſpecula immenſa Dei providentia cujus ordinationem ſuſcipiunt univerſa nullis noſtris licet ſuffragantibus meritis conſtituti & in illius domo diſpenſatores effecti in omnes agri Dominici partes oculos noſtre mentis vigilis more paſtoris circumſpicimus ac ad ea per que univerſitatum ex quibus litterarum ſtudia & adoleſcentium illis vacare volentium profectus ad fructuoſam ejusdem agri Dominici culturam ac doctrine & ſapientie incrementa propagantur manutentioni nec non eccleſiarum quarumlibet glorie & ornamento benigne conſulitur in illis locis potiſſimum que ab Orthodoxe fidei hoſtibus circumſepta reperiuntur ne adoleſcentes ipſi hereticorum Cathedras adire cogantur cordis noſtri curas ſedulo impendimus efficaces, & cum id pia illuſtrium preſulum vota expoſcunt paſtoralis officii noſtri partes favorabiliter interponimus ut in univerſitatibus hujusmodi ſemotis indigentiis illarum Lectores congrua ſervitia adimplere valeant ac in eccleſiis ipſis ubi debita venerationis officia ea qua par eſt cura religione & reverentia preſtantur earum prebende in ſuo primevo ſtatu non minus reſtituantur quam propriis bonis conſerventur ac magis magisque eluceſcat nec non divinus cultus & fidelium pietas illic preſertim ubi pernicioſi hereſum errores quos inimicus homo ſuggerit diſſeminari non deſinunt ad uberiorem eterni numinis gloriam latius in dies multiplicetur prout perſonarum locorum & tem-

porum qualitatibus debita consideratione pensatis conspicimus in Domino salubriter expedire. Cum alias felicis recordationis *Clemens* PP. *XI.* predecessor noster postquam ipse acceperat quod pie memorie *Sixtus* PP. *IIII.* etiam predecessor noster universitatem studii generalis in Civitate Moguntinensi Apostolica auctoritate erexerat & instituerat & deinde ad hoc ut ex tunc de cetero perpetuis futuris temporibus Universitas hujusmodi in civitate prefata ad instar *Bononiensis Parisiensis* & *Colonensis* Universitatum studiorum Generalium tam in Theologia jure Canonico & Civili quam in qualibet alia licita facultate sive scientia vigeret, quod magistri in Theologia Doctores legentes & studentes inibi omnibus & singulis privilegiis libertatibus exemptionibus immunitatibus gratiis & indultis quibus alii magistri Doctores Legentes & studentes in *Bononiensi Parisiensi* & *Colonensi* Universitatibus predictis gaudebant & utebantur uti potiri & gaudere libere & licite possent dicta Apostolica auctoritate statuerat & decreverat ac subinde supplicationibus sibi tunc desuper pro parte bone memorie *Dietheri* tunc dum viveret Archi Episcopi Moguntini humiliter porrectis benigne inclinatus & ut universitas studii Moguntinensis hujusmodi eo semper de bono in melius suum susciperet augumentum quo inibi major foret numerus magistrorum Doctorum & aliorum Legentium in facultatibus seu scientiis predictis ac iidem Magistri Doctores & Legentes eo promptiores ad hujusmodi laudabile exercitium excitarentur quo ex hoc pro expen-

sarum

farum eis incumbentium supportandis oneribus sibi liberalius provisum fuisset quod quatuordecim Canonicatus totidemque prebende videlicet unus & una in qualibet ex quatuordecim tunc enunciatis collegiatis ecclesiis civitatis & Diocesis Moguntinensis existentes quos & quas postquam infra scripte ejusdem *Sixti* predecessoris littere in universitate studii Moguntinensis hujusmodi publicate fuissent ex tunc qualitercumque tam in prima & ex tunc proxima quam in qualibet alia vice extra Romanam curiam simul vel successive etiam in mensibus ordinariorum per cessum vel decessum seu privationem aut quamlibet aliam dimissionem vel amissionem illos & illas pro tempore obtinentium vacare contigisset cum plenitudine juris Canonici ac omnibus juribus & pertinentiis suis singulis personis idoneis que tamen in eisdem Theologia aut Medicina vel artibus seu aliquibus ex eis Magistri aut in Canonico seu civili vel utroque jure Doctores existerent & quas Rectores seu Provisores Universitatis studii Moguntinensis hujusmodi pro tempore existentes ad hoc duxissent nominandas dummodo tamen ipsi Canonicatus & prebende dispositioni Apostolice reservati & reservate non essent per predictum *Dietherum* & Successores suos Moguntinos Archi Episcopos ex tunc pro tempore existentes conferrentur & eisdem personis de illis provideretur juribus Camere Apostolice & Collegiatarum ecclesiarum in quibus hujusmodi Canonicatus et prebende existebant semper salvis & illesis remanentibus dicteque persone postquam ad eorundem Ca-

nonicatuum & prebendarum poſſeſſionem admiſſe fuiſſent ſtatim illorum fructus redditus & proventus integre percipere poſſent, & inſuper cum perſone hujusmodi eosdem Canonicatus & prebendas pacifice aſſequute fuiſſent facultatem in qua magiſtri vel Lectores extitiſſent in univerſitate ſtudii Moguntinenſis hujusmodi continuo & ſub non nullarum penarum etiam privationis dictorum Canonicatuum & prebendarum per easdem perſonas incurrendarum incurſione legere tenerentur ſue perpetuo valiture & irrefragabilis conſtitutionis edicto Apoſtolica auctoritate predicta ſtatuerat & ordinaverat decernens ſingulas literas per eum favore univerſitatis ſtudii Moguntinenſis hujusmodi emanatas & quecumque alia ſtatuta valida & efficacia eſſe & fore & quidquid ſecus ſuper premiſſis vel in premiſſorum quolibet a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigiſſet attentari irritum & inane nulliusque roboris vel momenti exiſtere & alias prout in ejusdem Sixti predeceſſoris litteris Apoſtolicis deſuper ſub Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* Anno Incarnationis Dominice Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, decimo ſeptimo Kal. januarii Pontificatus ſui anno ſeptimo expeditis plenius & uberius continetur, Et ſubinde poſtquam eidem Clementi predeceſſori innotuerat, quod pro extinguendis nonnullis litibus & cauſis ſeu controverſiis videlicet inter quemdam Clericum ſeu presbiterum tunc in humanis agentem ac unum ex tunc exiſtentibus magiſtris ſeu Doctoribus vel Lectoribus Univerſitatis

ſtu-

ſtudii Moguntinenſis hujusmodi de uno & una ex Canonicatibus & prebendis predictis certo tunc expreſſo modo extra dictam curiam vacantibus per tunc exiſtentem Archi Epiſcopum Moguntinum ſervata litterarum ultimo dictarum ejusdem ſixti predeceſſoris forma proviſum ex una & unum ex capitulis unius ex predictis collegiatis eccleſiis ubi Canonicatus & prebenda tunc ut prefertur vacantes hujusmodi fundati exiſtebant ex altera partibus ac proviſorem ſeu adminiſtratorem tunc exiſtentem Univerſitatis ſtudii Moguntinenſis hujusmodi etiam ex una & aliqua ex eisdem Capitulis earundem Collegiatarum eccleſiarum etiam ex altera partibus variis trmporibus reſpective exortis & tunc coram certis illarum partium ſeu Romane curie hujusmodi judicibus competentibus in prima ſeu ſecunda vel alia veriori inſtantia reſpective indeciſis pendentibus nonnulle bone fidei concordie invicem inite fuerunt que utpote contra predicte ejusdem Sixti predeceſſoris conſtitutionis edictum hujusmodi irritanti decreto vallatum nulliter & de facto inite irriteque & invalide nulliusque roboris vel momenti exiſtere noſcebantur, & licet concordie hujusmodi eo usque obſervate fuiſſent & tempore dicti *Clementis* predeceſſoris obſervarentur nihil tamen univerſitati ſtudii Moguntinenſis hujusmodi congrui ſubſidii nihilque attulerant ſeu afferebant congrui ſtabilimenti quin imo deficientibus emolumentis univerſitas ſtudii Moguntinenſis hujusmodi publici civilis & Canonici juris ac Medicine artiumque prefatarum profeſſorious a multo tempore ca-

ruerat & adhuc tunc carebat, proptereaque juventus jura medicinam artesque hujusmodi addiscere cupiens propinqua hereticorum gymnasia cum magno spiritualium & temporalium rerum damno ac in maximum Catholice religionis dedecus adire cogebatur & bone memorie *Lotharius Franciscus* ex comitibus de *Schönborn* etiam tunc dum viveret Archi Episcopus Mogunt. ac unus ex Sacri Romani Imperii Principibus & Electoribus ne universitas studii Moguntinensis hujusmodi omnino deseretur nonnullos presbiteros Societatis jesu qui in universitate studii Moguntinensis hujusmodi Philosophiam Theologiam & humaniores litteras legerent propriis sue Archi Episcopalis Moguntinensis & Electoralis mense sumptibus alendos conduxerat aleretque tunc Idem Clemens predecessor premissis aliisque tunc expressis de causis adductus stabilitati Universitatis studii Moguntinensis hujusmodi illiusque magistrorum Doctorum & Lectorum sustentationi consulere volens motu suo proprio & ex certa scientia meraque deliberatione suis & ex voto Congregationis particularis nonnullorum sancte Romane Ecclesie Cardinalium ad id specialiter ab eodem Clemente predecessore deputate omnes & singulas concordias predictas ac quascumque alias desuper initas nec non omnia & singula per quoscumque eo usque circa premissa contra formam & tenorem dicte constitutionis a *Sixto* predecessore predicto super eisdem premissis ut prefertur emanate ac nullitter & de facto gesta apostolica auctoritate

ritate annullavit ac nullas & invalidas nullaque & invalida nulliusque roboris vel momenti fore & esse illarumque & illorum pretextu nullum jus nullumque titulum etiam coloratum possidendi alicui tribui aut in jus vel controversiam juris reduci posse perinde ac si concordie predicte nunquam desuper inite ac omnia & singula gesta predicta nunquam gesta fuissent voluit & declaravit nec non omnes singulas causas sique desuper inter universitatem studii Moguntinensis hujusmodi illiusque provisores & administratores aut aliqua ex capitulis collegiatarum ecclesiarum hujusmodi ac inter quoscumque alios coram quocumque judice ex quocumque capite premissorum occasione orte tunc penderent seu imposterum orituras pendere contigisset penitus ad se advocavit omnesque & singulas lites predictas quoad universitatem studii Moguntinensis hujusmodi illiusque provisores & administratores ac aliqua ex predictis capitulis hujusmodi & quoscumque alios etiam quoad orituras ex tunc prout ex ea die & e contra & ubi illas pro tempore oriri contigisset penitus extinxit & extinctas esse etiam voluit nec non Universitati studii Moguntinensis hujusmodi illiusque provisoribus & administratoribus ac aliquibus ex predictis Capitulis Collegiatarum ecclesiarum predictarum ac quibuscumque aliis super premissis perpetuum silentium dicta Apostolica auctoritate imposuit, & attento quod affectio quatuordecim Canonicatuum & prebendarum predictorum pro Universitatis studii Moguntinensis hujusmodi & in ea Lectorum manutentio-

ne

ne illorumque congrua ſubſtentatione a predicto *Sixto* predeceſſore ut prefertur demandata ſuum integrum eo usque ſortiri non potuerat effectum quia ex ea tot tanteque lites predicte exorte fuerant & ut manutentioni ſubſtentationique predictis ac univerſitatis ſtudii Moguntinenſis hujusmodi tranquillitati opportune conſuleretur & ne juventus predicta pro addiſcendis juribus infraſcriptis Acatholicorum cathedras adire cogeretur, Idem *Clemens* predeceſſor duos & duas ſancti *Petri* ac duos & duas ſancti *Victoris* ac duos & duas Equeſtris nuncupate ſancti *Albani* ac unum & unam ſancti *Stephani* ac unum & unam beate *Marie Virginis ad Gradus* nuncupate ac unum & unam ſancti *joannis Baptiſte* Moguntin. ac unum & unam ſimiliter Equeſtris nuncupate ſancti *Ferrutii Bleidenſtadenſis* ac unum & unam olim ejusdem beate *Marie virginis in Campis* nuncupate nunc vero ſancte *Crucis* extra menia civitatis Mogunt. ac unum & unam ſancti *Bartholomei* Francofurti ac unum & unam predicte beate *Marie virginis in monte* nuncupate etiam Francofurti ac unum & unam ſancte *Marie* & ſancti *Georgii* alias ſancti *Leonardi* pariter Francofurti ac unum & unam ſanctorum *Petri* & *Alexandri* Aſchaffenburgenſis nec non reliquum & reliquam ſancti *Petri* Fritzlarie oppidorum dicte Moguntine reſpective Dioceſis collegiatarum Eccleſiarum reſpective Canonicatus & prebendas quorum cujuslibet & illis forſan reſpective annexorum fructus redditus & proventus viginti quatuor ducatorum auri de Camera ſecundum communem extimationem valorem

an-

annuum ut dictus *Clemens* predeceſſor etiam acceperat non excedebant cum ex tunc primum illos & illas ac quemlibet & quamlibet illorum & illarum perceſſum etiam ex cauſa permutationis vel deceſſum ſeu privationem aut quamvis aliam dimiſſionem vel amiſſionem aut religionis ingreſſum & profeſſionis emiſſionem illos & illas tunc reſpective obtinentium aut alias quovis modo etiam apud ſedem Apoſtolicam etiam in aliquo ex menſibus eidem *Clementi* predeceſſori & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti ſedique prefate per quascunque conſtitutiones Apoſtolicas ac ſuas & Cancellarie Apoſtolice regulas editas vel ex tunc edendas & concordata jam dudum inter ſedem Apoſtolicam predictam & inclytam nationem Germanicam inita vel alias quomodolibet reſervatis ſeu ordinariis Collatoribus etiam per conſtitutiones & regulas easdem & concordata hujusmodi vel alia privilegia & indulta eo usque conceſſa & impoſterum concedenda competentibus vacare contigiſſet etiamſi actu tunc ut preferebatur aut alias quovis modo quem etiam ſi ex illo quevis Generalis reſervatio etiam in corpore juris clauſa reſultaret ſuis infra ſcriptis litteris haberi voluit pro expreſſo vel ex quorumcumque perſonis ſeu per liberas reſignationes illos & illas tunc reſpective obtinentium vel quorumvis aliorum de illis in Romana curia predicta vel extra eam etiam coram Notario publico & teſtibus ſponte factas aut aſſequutionem aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum quavis auctoritate collatorum vacarent etiamſi tanto tempore vacaviſſent quod

eorum

eorum collatio juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii ad ſedem Apoſtolicam predictam legitime devoluta ipſique Canonicatus & prebende diſpoſitioni Apoſtolice ſpecialiter vel alias generaliter reſervati exiſterent & ſuper eis inter aliquos lis cujus ſtatum eisdem infraſcriptis literis haberi voluit pro expreſſo penderet indeciſa illorumque & illarum reſpective titulos collativos ex tunc prout ex ea die & poſtquam illi & ille ut preferebatur vacaviſſent apoſtolica auctoritate predicta ſalva tamen & illeſa remanente in reliquis quoad privilegia nec non exemptiones & immunitates univerſitati ſtudii Moguntinenſis hujusmodi ac Lectoribus & juvenibus in ea Legentibus & ſtudentibus antea per dictum *Sixtum* predeceſſorem conceſſa & conceſſas nec non quoad univerſitatis ſtudii Moguntinenſis hujusmodi directionem & ſuperioritatem per eundem Sixtum predeceſſorem demandatam predicta ejusdem Sixti predeceſſoris conſtitutione ex tunc deſuper edita ad infraſcriptorum effectum tantum & non in aliam cauſam dicta Apoſtolica auctoritate motu pari ſine tamen prejudicio illos & illas tunc obtinentium perpetuo ſuppreſſit & extinxit, illisque ſic ſuppreſſis & extinctis omnia & ſingula bona res proprietates fructus jura obventiones & emolumenta quecumque in quacumque re conſiſtentia & undecunque provenientia & ad ſingulos Canonicatus ſingulasque prebendas ut preferebatur ſuppreſſos & extinctos & ſuppreſſas & extinctas hujusmodi reſpective ſpectantia & pertinentia non tamen illa pro diſtributionibus quotidianis ſi que fuiſſent aſſignata

ue

que ſingulis ſingularum Collegiatarum Eccleſiarum predictarum in quibus ſuppreſſio & extinctio ſingulorum Canonicatuum & ſingularum prebendarum ſuppreſſorum & extinctorum ac ſuppreſſarum & extinctarum hujusmodi ſuum pro tempore ſortite fuiſſent effectum reſpective capitulis reſervata & incorporata illorumque reſpective remanentibus Canonicis pro eorum diſtributionibus quotidianis ſeu earumdem diſtributionum quotidianarum augumento remanerent & cum ea lege ut iis quibus diſtributiones ipſe pro ſervitio chori & cultu divino in ſingulis collegiatis eccleſiis acquiri ſolent & debent etiam alie acquirerentur predicte univerſitati ſtudii Moguntinenſis hujusmodi ita quod liceret predicte univerſitati ſtudii Moguntinenſis hujusmodi illiusque adminiſtratoribus Rectoribus & Proviſoribus tunc & pro tempore exiſtentibus predictis eorumdem bonorum rerum proprietatum fructuum reddituum proventuum jurium obventionum & emolumentorum predictorum veram realem & actualem poſſeſſionem per ſe vel alium ſeu alios eorum & univerſitatis ſtudii Moguntinenſis hujusmodi nominibus propria auctoritate libere apprehendere & apprehenſam perpetuo retinere, Cum hoc tamen quod omnium & ſingulorum canonicatuum & ſingularum prebendarum ut preferebatur ſuppreſſorum & extinctorum ac ſuppreſſarum & extinctarum illorumque & illarum reſpective bonorum rerum jurium & proprietatum predictorum reſpective fructus, redditus & proventus poſtquam ſuppreſſio & extinctio predicte in omnibus

bus & ſingulis canonicatibus & prebendis predictis ut preferebatur ſuppreſſis & extinctis ſeu illorum aliquo earum ſortite fuiſſent effectum a perſona idonea per ejusdem Univerſitatis ſtudii Moguntinenſis hujusmodi Rectores & proviſores tunc & pro tempore exiſtentes predictos quolibet triennio deputanda & approbanda que perſona idonea ut preferebatur deputata & approbata omnium & ſingulorum fructuum reddituum & proventuum predictorum per eam ut infra exactorum Univerſitati ſtudii Moguntinenſis hujusmodi illiusque Rectoribus & proviſoribus tunc & pro tempore exiſtentibus predictis rationem per tunc & pro tempore exiſtentem Archi Epiſcopum Moguntinum predictum an illa rite & recte facta fuiſſet cum facultatibus quas ad id opportunas eidem tunc & pro tempore exiſtenti Archi Epiſcopo Moguntino tribuit revidendam reddere quolibet anno deberet & teneretur percipi & exigi fructusque predicti ut preferebatur exacti & percepti in quatuor Lectorum idoneorum unius videlicet juris publici & feudalis ac unius juris Canonici ac unius Codicis & Digeſtorum ac unius Medicine per Univerſitatis ſtudii Moguntinenſis hujusmodi Rectores & Proviſores tunc & pro tempore exiſtentes predictos juxta formam & tenorem predicte conſtitutionis *Sixti* predeceſſoris hujusmodi nominandorum & ad eorum nutum amovibilium determinatas Lecturas qui tamen Lectores jura predicta ſedulo & publice in ejusdem Univerſitatis ſtudii Moguntinenſis Scholis per ſe ipſos niſi infirmitatis impedimento detenti fuiſſent,

fuiſſent, quo impedimento hujusmodi tantum durante & non ultra per alios previa Archi Epiſcopi Moguntini ac Rectorum & proviſorum tunc & pro tempore exiſtentium predictorum licentia & approbatione ſingulis diebus & horis ſolitis ab Archi Epiſcopo Moguntino univerſitatisque ſtudii Moguntinenſis hujusmodi Rectoribus & Proviſoribus tunc & pro tempore exiſtentibus predictis ſtatuendis legere tenerentur cuilibet ratam partem ſolvendo & non in alios uſus converti deberent, ſi vero ſuppreſſione & extinctione predictis nec non applicatione & appropriatione infra ſcriptis earum reſpective effectum ſortitis Lectoris predicti illorum reſpective Lecture munus ut preferebatur non expleviſſent aut Lectorum hujusmodi nominatio ut preferebatur non fieret, tunc & eo caſu ac donec & quousque illorum reſpective Lecture munus hujusmodi ab eisdem Lectoribus debite expleri & illorum nominationem hujusmodi ut preferebatur fieri contigiſſet fructus redditus & proventus prefati omnium & ſingulorum canonicatuum ac omnium & ſingularum prebendarum omnium & ſingularum Collegiatarum eccleſiarum predictarum ex tunc ut preferebatur in eis reſpective ſuppreſſorum & extinctorum ac ſuppreſſarum & extinctarum ad illarum in quibus Canonicatus & prebende ut preferebatur ſuppreſſi & extincti ac ſuppreſſe & extincte fuiſſent reſpective Capitula & Canonicos ſpectarent & pertinerent, Et dummodo in univerſitate ſtudii Moguntinenſis hujusmodi Lectores etiam presbiteri predicti dicte ſocietatis jeſu alias

facultates legerent pro quibus menſe Archi Epiſcopalis & Electoralis Moguntinenſis ut dictus Clemens predeceſſor pariter acceperat annuam ſummam mille ſexcentorum florenorum monete illarum partium ſolvere ſolebat & pro qua ſolvenda *Lotharius Franciſcus* Archi Epiſcopus predictus ſe ſuosque ſucceſſores ſuffragantibus ſibi quatenus opus eſſet infra ſcriptis facultatibus a dicto *Clemente* predeceſſore ut infra conceſſis pro Philoſophie & Theologie ſpeculative & moralis ac ſacre ſcripture Lectionibus horis & diebus predictis in univerſitate ſtudii Moguntinenſis hujusmodi ex tunc habendis obligare deberet & teneretur motu ſcientia & auctoritate paribus ſupportatis tamen per univerſitatem ſtudii Moguntini hujusmodi illiusque Rectores & Proviſores tunc & pro tempore exiſtentes predictos omnibus & ſingulis canonicatuum & prebendarum ſuppreſſorum & extinctorum ac ſuppreſſarum & extinctarum hujusmodi oneribus ſique eſſent perpetuo applicavit & appropriavit, Et attento quod omnium & ſingulorum ſexdecim Canonicatuum & prebendarum ut preferebatur ex tunc ſuppreſſorum & extinctorum ac ſuppreſſarum & extinctarum hujusmodi reſpective vacatio uno eodemque tempore evenire non valebat, cum hoc quod quoad usque omnes dicti ſexdecim canonicatus & prebende vacaviſſent, quatenus illorum canonicatuum & prebendarum qui & que vacaviſſent & reſpective ſuppreſſi & extincti ac reſpective ſuppreſſe & extincte illorumque reſpective fructus redditus & proventus applicati & appropriati ut

prefe-

Digitized by Google

preferebatur respective fuissent fructus redditus & proventus salario unius ex quatuor Lectoribus predictis sufficerent eidem uni ex quatuor Lectoribus hujusmodi solvi quatenus vero hujusmodi salaria non sufficerent pro illis annis donec sufficerent in librorum emptionem pro universitatis studii Moguntinensis hujusmodi bibliothece servitio converti & sic respective quatenus fructus redditus & proventus predicti uni duobus tribus aut quatuor Lectoribus predictis sufficerent, statim in congruum illorum respective salarium predictum & non in ullam aliam omnino causam assignari & erogari deberent & cum hac prelatione ut primo pro jure publico & Feudali secundo pro jure Canonico tertio pro Codicis & Digestorum & quarto locis pro Medicine hujusmodi respective Lectura institui deberent & ex tunc quatenus opus esset Lecturas predictas ordine premisso instituit & erexit ac institutas & erectas esse voluit. Et insuper attento quod sicut dictus *Clemens* predecessor pariter acceperat fructus redditus & proventus omnium & singulorum dictorum sexdecim canonicatuum & prebendarum omnium & singularum Collegiatarum Ecclesiarum predictarum non in cujuslibet earum respective distinctis prebendis sed in quodam eorumdem fructuum reddituum & proventuum repartimento quod ab earum omnibus & singulis respective Capitulis certis anni temporibus habebatur consistebant moti pari mandavit quatenus omnium & singularum Collegiatarum Ecclesiarum in quibus suppressio & extinctio predicte earum pro tempore sortirentur ef-

fectum reſpective capitula in manibus perſone ad exigendum fructus redditus & proventus predictos pro tempore deputate & approbate eorumdem fructuum reddituum & proventuum portionem ad Canonicatum in eis ex tunc reſpective ſuppreſſum & extinctum quomodolibet ſpectantem juxta repartimentum hujusmodi ac previa dicti repartimenti ratione eidem perſone ut preferebatur deputate & approbate reddenda integraliter & absque ulla diminutione perinde ac ſi univerſitas ſtudii Moguntinenſis hujusmodi unus ex illorum reſpective Canonicis vere & realiter extitiſſet ac eisdem Collegiatis Eccleſiis inſervijſſet conſignare deberent & tenerentur, & ut ſuppreſſio & extinctio nec non applicatio & appropriatio omniaque & ſingula premiſſa utpote bonum finem reſpicientia debite ſolicite exequtioni demandarentur *Lothario Franciſco* Archi Epiſcopo illiusque ſucceſſoribus pro tempore exiſtentibus Archi Epiſcopis Moguntinis predictis motu ſimili ac etiam in virtute ſancte obedientie diſtricte precipiendo mandavit ac etiam commiſit quatenus ipſe ejusque Succeſſores predicti tanquam ſedis Apoſtolice delegati omnique & plena facultate deſuper opportuna ſuffulti ſuppreſſionem & extinctionem ac applicationem & appropriationem aliaque premiſſa quanto citius exequtioni ſemper & quandocunque a Data prefatarum dicti *Clementis* predeceſſoris literarum tantum etiamſi ſexdecim Canonicatus & prebende aut aliqui eorum actu tunc ut preferebatur vacarent demandari curarent per quecumque juris remedia compellerent-

lerentque eos qui ad iḍ fuiſſent compellendi tam quoad ſuppreſſionem & extinctionem nec non applicationem & appropriationem predictas ad hoc ut ille quanto citius earum debitum ſortirentur effectum quam quoad nominationem Lectorum predictorum nec non Lectores ipſos ad eorum reſpective Lecture munus in Univerſitate ſtudii Moguntinenſis hujusmodi horis & diebus predictis ſedulo explendum eidemque *Lothario Franciſco* Archi Epiſcopo ejusque ſucceſſoribus Moguntinis Archi Epiſcopis pro tempore exiſtentibus predictis ut omnes & ſingulos menſe Archi Epiſcopalis & Electoralis Moguntinenſis fructus redditus & proventus predictos pro predicta ſumma mille ſexcentorum florenorum hujusmodi annuatim pro manutentione Lectorum aliarum facultatum & artium in predicta ſtudii Moguntinenſis hujusmodi univerſitate perſolvendorum ut preferebatur obligare libere & licite valerent, quatenus opus eſſet licentiam deſuper & facultatem dicta Apoſtolica auctoritate conceſſit & impartitus fuit, ac preterea ex tunc plenum jus in ſexdecim Canonicatibus & prebendis predictis ut preferebatur ſuppreſſis & extinctis vel ad illos & illas vere & non ficte Univerſitati ſtudii Moguntinenſis hujusmodi omnino acquiſitum exiſtere ac ſuppreſſionem & extinctionem predictas in uno & una ex ſexdecim Canonicatibus & prebendis tunc ut preferebatur ſuppreſſis & extinctis effectum ſortitas in reliquis quindecim Canonicatibus & prebendis hujusmodi totum integrum effectum ſortitas eſſe Univerſitatemque ſtudii Mogun-

tinenſis hujusmodi beneficio ſuarum & Cancellarie Apoſtolice regularum de non tollendo jure queſito ac de annali & triennali poſſeſſoribus gaudere dictosque ſexdecim Canonicatus & prebendas tunc ut preferebatur ſuppreſſos & extinctos ac ſuppreſſas & extinctas ex tunc de cetero ex illos & illas tunc reſpective obtinentium perſonis ad hoc ut de illis in alterius quam ſuppreſſionis & extinctionis predictarum nec non Univerſitatis ſtudii Moguntinenſis hujusmodi favorem diſponi quoquomodo poſſet minime vacare poſſe decrevit nec non tunc & pro tempore exiſtenti Archi Epiſcopo Moguntino ac omnibus & ſingulis omnium & ſingularum Collegiatarum Eccleſiarum predictarum Capitulis aliisque ad quos dictorum ſexdecim Canonicatuum & prebendarum ex tunc ut preferebatur ſuppreſſorum & extinctorum ac ſuppreſſarum & extinctarum dum illi & ille pro tempore vacabant collatio proviſio & quevis alia diſpoſitio communiter vel diviſim ceſſantibus reſervationibus & affectionibus Apoſtolicis ſpectabat & pertinebat ne de illis cum vacaviſſent ut preferebatur etiam pretextu quorumcumque privilegiorum & indultorum Apoſtolicorum eis ſub quibuscumque tenoribus & formis conceſſorum nec non Concordatorum predictorum providere ſeu alias de illis diſponere quovis modo preſumerent diſtrictius inhibuit ac ex tunc omnes & ſingulas proviſiones collationes & quasvis alias diſpoſitiones de ſexdecim Canonicatibus & prebendis ex tunc ſuppreſſis & extinctis & illorum aliquo quovismodo ex tunc vacaturo in alterius quam ſuppreſſionis

&

& extinctionis predictarum ac Universitatis studii Moguntinensis hujusmodi favorem etiam per dictum *Clementem* predecessorem & sedem eamdem etiam cum quibusvis clausulis & decretis ex tunc faciendas tanquam preter & contra mentem & intentionem suam factas nullas & invalidas nulliusque roboris vel momenti fore nullumque per eas cuiquam jus acquiri vel etiam coloratum titulum possidendi tribui posse predictasque ejusdem *Clementis* predecessoris litteras validas & efficaces fore & esse suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere easque sub quibuscumque similium vel dissimilium gratiarum revocationibus suspensionibus limitationibus derogationibus aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque constitutiones Apostolicas aut prefate Cancellarie regulas etiam per eumdem *Clementem* predecessorem & successores suos Romanos Pontifices pro tempore existentes ac sedem eamdem etiam motu simili etiam consistorialiter ac cum nominum & cognominum sexdecim canonicatus & prebendas ex tunc ut preferebatur suppressos & extinctos ac suppressas & extinctas ex tunc & deinceps pro tempore respective obtinentium nec non Universitatis studii Moguntinensis hujusmodi ac Date earumdem dicti *Clementis* predecessoris litterarum specifica & expressa mentione ac alias sub quibuscumque tenoribus & formis ex tunc pro tempore factis & concessis minime comprehendi sed semper ab illis excipi & quoties ille emanavissent toties in pristinum & validissimum statum restitutas repositas & plenarie re

integratas ac de novo etiam ſub quacumque poſteriori Data per univerſitatem ſtudii Moguntinenſis hujusmodi illiusque Rectores & Proviſores tunc & pro tempore exiſtentes predictos quandocumque eligenda conceſſas eſſe & fore ſicque & non alias per quoscumque judices Ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fungentes etiam cauſarum palatii Apoſtolici auditores ac predicte ſancte Romane Eccleſie Cardinales etiam de latere Legatos vice legatos dicteque ſedis Nuntios ſublata eis & eorum cuilibet quacumque aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate judicari & definiri debere & quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigiſſet attentari irritum & inane etiam decrevit ac alias prout in predicti *Clementis* predeceſſoris litteris Apoſtolicis etiam deſuper ſub Datum *Rome* apud ſanctam *Mariam majorem* pridie nonas ſeptembris Pontificatus ſui anno tertio decimo expeditis &c. plenius & uberius continetur. Cum autem ſicut accepimus & Venerabilis Frater *Franciſcus Ludovicus* ex Principibus de *Neoburgo* modernus Archi Epiſcopus Moguntinus ac unus ex ſacri Romani Imperii predicti Principibus & Electoribus nobis nuper exponi fecit ſuppreſſio & extinctio predicte que in tresdecim & ſexdecim Canonicatibus & prebendis per dictum *Clementem* predeceſſorem ut prefertur ſuppreſſis & extinctis effectum ſuum habuerunt variis per ſancti *Ferrutii* in qua unus & una & Equeſtris nuncupate ſancti *Albani* in qua duo & due ac ſancti *Victoris* in qua etiam duo & due Canoni-

nonicatus & prebende ut prefertur ſuppreſſi & extincti ac ſuppreſſe & extincte extiterant Collegiatarum Eccleſiarum predictarum Capitula & Canonicos contra dictas ſuppreſſionem & extinctionem ſuſcitatis oppoſitionibus in eisdem ſancti *Ferrutii* nullum in Equeſtri vero nuncupata ſancti *Albani* quoad unum & unam & in ſancti *Victoris* Collegiatis Eccleſiis etiam quoad unum & unam tantum Canonicatus & prebendas hujusmodi effectum ſortite fuerint, & dudum dilecti filii univerſus Clerus ſancti *Petri* & ſancti *Victoris* & Equeſtris nuncupate ſancti *Albani* & ſancti *Stephani* & *Beate Marie Virginis* ad *Gradus* nuncupate & ſancti *joannis Baptiſte* Moguntin. & olim ejusdem *Beate Marie Virginis in Campis* nuncupate nunc vero ſancte *Crucis* extra menia civitatis Moguntin. & ſancti *Bartholomei* Francofurti & predicte Beate *Marie Virginis in monte* nuncupate etiam Francofurti & ſancte *Marie* & ſancti *Georgii* alias ſancti *Leonardi* pariter Francofurti & ſanctorum *Petri* & *Alexandri* Aſchaffenburgenſis nec non ſancti *Petri* Fritzlarie oppidorum predictorum dicte Mogunt. Dioc. Collegiatarum Eccleſiarum predictarum in illis miniſtrorum aucto numero Divinum cultum augere plurimum exoptantes quotiescumque ſuppreſſio extinctio applicatio & appropriatio predicte per nos ut infra revocarentur reſcinderentur & abrogarentur & Canonicatus & prebende per dictum *Clementem* predeceſſorem ut prefertur ſuppreſſi & extincti ac ſuppreſſe & extincte hujusmodi in priſtinum eorum ſtatum reſtituerentur reponerentur & plenarie re-

integrarentur ad annuam prestationem mille quadringentorum florenorum monete Rhenensis ad congruam nedum quatuor in predictis ejusdem Clementis predecessoris litteris ut prefertur designatorum verum etiam ad sex Lectorum in Universitate studii Moguntinensis hujusmodi detinendorum substentationem sufficientium ab eis favore universitatis studii Moguntinensis hujusmodi annuatim faciendam sese valide obligare eidem *Francisco Ludovico* Archiepiscopo exhibuerint & de presenti exhibitionem predictam adimplere parati existant, Nos igitur qui spiritualem animarum profectum ac Christi fidelium quorumlibet utilitates & commoda sinceris desideramus affectibus ac attendentes quod mediante annua prestatione predicta indemnitati & subsistentie Universitatis studii Moguntinensis hujusmodi illiusque Lectorum congrue manutentioni prout dictus *Clemens* predecessor in animo habuerat cultusque predicti in eisdem tresdecim Collegiatis Ecclesiis augumento consulitur propterea que Clerum predictum & dilectos quoque filios modernos Universitatis studii Moguntinensis hujusmodi Rectores & provisores specialis Gratie favore prosequi illisque in premissis opportune providere volentes nec non eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis suspensionis & interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris & penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodate existunt ad effectum presentium tantum consequendum harum serie absolventes & absolutas fore cen-

Digitized by Google

ſentes ac omnium & ſingularum litium & cauſarum ſi que poſt emanationem dictarum ejusdem *Clementis* predeceſſoris literarum quomodolibet exorte fuerint & de preſenti ſint vel eſſe poſſint ſtatus & merita nominaque & cognomina judicum & collitigantium illorumque omnia & ſingula reſpective jura & titulos preſentibus pro plene ac de verbo ad verbum expreſſis habentes cauſasque & lites hujusmodi ad nos avocantes illasque penitus & omnino extinguentes ac modernis Rectoribus & Proviſoribus Univerſitatis ſtudii Moguntinenſis hujusmodi dictarumque tresdecim Collegiatarum Eccleſiarum Capitulis perpetuum ſilentium deſuper imponentes motu ſimili ſuppreſſionem extinctionem applicationem & appropriationem predictas per dictum *Clementem* predeceſſorem ut prefertur factas omniaque & ſingula alia in eisdem prefati *Clementis* predeceſſoris litteris contenta & expreſſa eandem tamen ſuppreſſionem extinctionem applicationem & appropriationem tantum reſpicientia & quoad privilegia exemptiones & immunitates univerſitati ſtudii Moguntinenſis hujusmodi ac Lectoribus & juvenibus in ea legentibus & ſtudentibus antea per dictum *Sixtum* predeceſſorem conceſſa & conceſſas nec non quoad univerſitatis ſtudii Moguntinenſis hujusmodi directionem & ſuperioritatem per eumdem Sixtum predeceſſorem ut prefertur demandatam predicta ejusdem ſixti predeceſſoris conſtitutione deſuper edita ad infra ſcriptum tamen effectum & non in aliam cauſam nec non obligationem ſolvendi per dictum *Franciſcum Ludo-*

vicum

vicum Archi Epiſcopum ſuosque ſucceſſores dicte Eccleſie Moguntinenſis Preſules ſeu adminiſtratores pro tempore exiſtentes predictam annuam ſummam mille ſexcentorum florenorum monete illarum partium in presbiterorum dicte ſocietatis jeſu Philoſophie & Theologie ſpeculative & moralis ac ſacre ſcripture Lectiones ſubſtinentium manutentionem ut prefertur convertendorum firmis & illeſis remanentibus nec non onere annue preſtationis dictorum mille quadringentorum florenorum monete Rhenenſis predicte ad infra ſcriptum effectum ut infra univerſo clero predicto prius injuncto & impoſito & non aliter apoſtolica auctoritate predicta perpetuo revocamus reſcindimus & abrogamus & in ſancti *Petri* duos & duas ac in ſancti *Victoris* duos & duas ac in Equeſtri nuncupata S. *Albani* duos & duas ac in S. *Stephani* unum & unam ac in ejusdem *Beate Marie Virginis ad Gradus* nuncupate unum & unam ac in ſancti *joannis Baptiſte* Moguntinenſis unum & unam ac in ſimiliter equeſtri nuncupata S. *Ferrutij* Bleidenſtad. unum & unam ac in olim predicte *Beate Marie Virginis in Campis* nuncupate nunc vero ſancte *Crucis* extra menia civitatis Moguntinenſis unum & unam ac in S. *Bartholomei* Francofurti unum & unam ac in ejusdem *beate Marie Virginis in monte* nuncupate etiam Francofurti unum & unam ac in ſancte *Marie* & *Georgii* alias S. *Leonardi* pariter Francofurti unum & unam in ſanctorum *Petri* & *Alexandri* Aſchaffenburgenſis unum & unam nec non in ſancti *Petri* Friczlarie oppidorum predictorum dicte Mo-

gun-

guntine Dioceſis collegiatis eccleſiis predictis reliquum & reliquam Canonicatus & prebendas per dictum *Clementem* predeceſſorem ut prefertur ſuppreſſos & extinctos ac ſuppreſſas & extinctas hujusmodi reſtituto eis & eorum cuilibet eorum reſpective titulo collativo in priſtinum & eum in quo ante ſuppreſſionem & extinctionem predictas per dictum *Clementem* predeceſſorem ut prefertur factas erant, ſtatum, ita ut illos & illas pro hac prima vice & quoad infra ſcriptum indultum viguerit in vim indulti conferendi omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica civitatis & Dioceſis Mogunt. quovis modo etiam apud ſedem eamdem vacantia dicto *Franciſco Ludovico* Archi Epiſcopo apoſtolica auctoritate conceſſi idem *Franciſcus Ludovicus* Archi Epiſcopus cum hoc tamen quod de dictis canonicatibus & prebendis per nos ut infra in priſtinum eorum ſtatum reſtituendis pro hac prima vice & ſucceſſive durante indulto hujusmodi nobis & dicte ſedi reſervatis & affectis vacaturis a dicto *Franciſco Ludovico* Archi Epiſcopo proviſi novam illorum proviſionem prout in indulto hujusmodi cavetur expreſſe infra certum in eodem indulto expreſſum tempus a ſede Apoſtolica predicta impetrare ac jura Camere Apoſtolice aliisque propterea debita perſolvere omnino teneantur, deinde vero indulto hujusmodi ceſſante in quibuscumque & quomodolibet pro tempore occurrentibus dictorum canonicatuum & prebendarum per Nos ut infra in priſtinum eorum ſtatum reſtituendorum vacationibus pro tempore exiſtens Archi Epiſcopus

Mogun-

Digitized by Google

Moguntinus ad quem uti verum Ordinarium dictorum Canonicatuum & prebendarum per nos ut infra in priſtinum eorum ſtatum reſtituendorum Collatorem perpetuis futuris temporibus illorum collatio proviſio & omnimoda alia diſpoſitio ceſſantibus tamen reſervationibus & affectionibus Apoſtolicis predictis ſpectet & pertineat conferre & de eisdem canonicatibus & prebendis per nos ut infra in priſtinum eorum ſtatum reſtituendis *Franciſcus Ludovicus* Archi Epiſcopus & pro tempore exiſtens Archi Epiſcopus Mogunt. predicti modo & forma premiſſis reſpective providere ac alias de illis canonice tamen diſponere libere & licite poſſint & valeant ac de dictis canonicatibus & prebendis per nos ut infra in priſtinum eorum ſtatum reſtituendis tam ab hac prima vice quam exinde ſucceſſive perpetuis futuris temporibus proviſi & quilibet eorum apud illam ex predictis tresdecim Collegiatis eccleſiis ubi Canonicatus & prebende hujusmodi eis collati extiterint perſonaliter reſidere ac in ea ſingulis diebus horas canonicas tam diurnas quam nocturnas aliaque divina officia inſimul cum reliquis earum reſpective canonicis collegialiter ac cum debita mentis attentione ſervataque eccleſiaſtica diſciplina recitare decantare & pſallere aliaque conſueta onera adimplere ipſiusque ex predictis tres decim Collegiatis Eccleſiis ſtatuta hactenus edita & impoſterum edenda debite exacteque obſervare pariformiter debeant & teneantur nec non ſtallum & locum in Choro & dummodo in aliquo ex ſacris ordinibus conſtituti extiterint vocem activam &

paſſi-

Digitized by Google

paſſivam & votum in capitulo ipſius ex predictis tres decim Collegiatis eccleſiis habere ac omnibus & quibuſcumque privilegiis indultis exemptionibus facultatibus libertatibus immunitatibus preeminentiis prerogativis nec non fructuum reddituum & proventuum certorum & incertorum ac etiam diſtributionum quotidianarum & aliorum quorumcumque emolumentorum quemadmodum dictos canonicatus & prebendas per nos ut infra in priſtinum eorum ſtatum reſtituendorum alias obtinentes ante illorum ſuppreſſionem & extinctionem & reſpective applicationem & appropriationem predictas per dictum *Clementem* predeceſſorem ut prefertur factas percipiebant perceptione aliisque gratiis univerſis tam ſpiritualibus quam temporalibus quibus ceteri dictarum tresdecim Collegiatarum eccleſiarum Canonici de jure uſu ſtylo conſuetudine privilegio aut alias quomodolibet nunc utuntur fruuntur potiuntur & gaudent ac uti frui & gaudere poſſunt & poterunt quomodolibet in futurum non ſolum ad eorum inſtar ſed eque principaliter & pariformiter uti frui potiri & gaudere libere & licite poſſint & valeant motu pari dicta Apoſtolica auctoritate etiam perpetuo reſtituimus reponimus & plenarie reintegramus & inſuper univerſitati ſtudii Moguntinenſis hujusmodi ne illa ex applicatione & appropriatione fructuum reddituum & proventuum dictorum ſexdecim Canonicatuum totidemque prebendarum ad ejus favorem per dictum *Clementem* predeceſſorem ut prefertur factis & per nos ut ſupra revocatis reſciſſis

ſciſſis & abrogatis diſpendium patiatur ſed illa ſemper ſubſiſtat habeatque unde ſuis Lectoribus congrua ſalaria ſubminiſtrare valeat de opportuno ſubventionis auxilio providere volentes univerſo Clero ſancti *Petri* & ſancti *Victoris* & Equeſtris nuncupate ſancti *Albani* & ſancti *Stephani* ac predicte *Beate Marie Virginis ad Gradus* nuncupate & ſancti *Joannis Baptiſte* Moguntin. & olim ejusdem Beate *Marie Virginis in Campis* nuncupate nunc vero ſancte *Crucis* extra menia civitatis Mogunt. & ſancti *Bartholomei* Francofurti & predicte beate *Marie* virginis in *monte* nuncupate etiam Francofurti & ſancte *Marie* & ſancti *Georgii* alias S. *Leonardi* pariter Francofurti & ſanctorum *Petri* & *Alexandri* Aſchaffenburgenſis necnon ſancti *Petri* Fritzlarie oppidorum predictorum dicte Mogunt. Dioc. Collegiatarum Eccleſiarum predictarum preſtationem annuam perpetuis futuris temporibus duraturam & ab omnibus & quibuscumque oneribus Ordinariis & extraordinariis quomodolibet nuncupatis ac alias in omnibus & per omnia & omnino quoad omnia liberam immunem & exemptam mille quadringentorum florenorum monete Rhenenſis predicte univerſitati ſtudii Mogunt. hujusmodi & pro ea illius adminiſtratoribus ſeu Rectoribus & Proviſoribus nunc & pro tempore exiſtentibus vel ejus Procuratori legitimo ſeu eorum procuratoribus legitimis per dictum Clerum cui ad id quamlibet opportunam facultatem & licentiam per easdem preſentes plenarie tribuimus annis ſingulis in civitate Moguntina in terminis ac ſub cautionibus per dictum

gratiam habiturum offensiones & scandala syncero animo denuntiantibus non vero contegentibus.

Cum neque ad hanc interpellationem prodirent judices, annuit R. Dño Cyrenensi ut diceret, Rmũm D. secum reputare quosdam forte ad proponendum, quæ norint, imparatos, alios verecundia vel metu retineri atque ita fieri, ut nemo conscientiam suam exoneret, quod ipse nolit, qui ex animo & synceriter cupiat scandala omnia tam in capite quam in membris tolli, ideoque se postulare, ut qui modo qualibet ex causa tacerent, saltem postridie aut perendie loquerentur vel scriptas suas querelas adferrent in Concilium, quod si minus audeant, commendent auditoribus causarum.

Iſtis ad hunc modum depositis, jussit legatos exponere, si quæ haberent Concilio proponenda Clarissimus itaque vir Dominus Decanus Leodiensis surgens eleganter disseruit de studio & diligentia R. Dñi Leodiensis ad obsequendum & satisfaciendum Rmi Dni sui Metropolitani Archi Episcopi adhortationibus, propterea indixisse synodum dioecesanam, quam magna prælatorum & cleri frequentia celebrarit, in qua & publicavit ipsam reformationem, cujus observationem omnibus injunxerit, abusus multos correxerit denique & decreta quædam tulerit pro expeditiore reformationis exequutione quæ in Concilio ad faciendam diligentiæ suæ fidem jussisset exhibere, Cæterum cum nondum diœcesim suam ob temporis angustiam & negotiorum, quibus obrueretur multitudinem potue-

rit visitare, non constaret ei plene de vitiis & negotiis ad concilium deferendis atque adeo non haberet in præsens certi aliquid quod de suorum inobedientia vel obstinatione quereretur, nec item de impedimentis & causis quas arbitraretur in Concilio exponendas, donec visitatione absoluta statum verum nosset, mandasset autem quædam de judiciorum reformatione & præsertim ob articulum formulæ, de excommunicatione, referre ad concilium, quæ suo tempore ajebat se cum socio Legato propositurum, quibus dictis Dnūs Officialis processit ad mensam notariorum depositque libellum actorum & decretorum synodi Leodiensis majori sigillo R. Dñi Leodiensis signatum.

Post quem Legati R. Dñi Trajectensis interpellati surrexerunt & clarissimus D. Vicarius retulit R. D. Trajectensem ut reformationem a Cæsarea Majestate propositam juxta commissionem Rmi sui Metropolitani publicaret ac suis injungeret, synodum coëgisse dioecesanam verum in prælectione & discussione formulæ illius incidisse scrupulos & difficultates quæ ipsum a coepto sunt remoratæ, quod videantur quædam ambigue esse dicta, alia cedere in præjudicium dioecesis Trajectensis quædam requirerent eorum judicio moderationem, quædam vero corrigenda ac mutanda clero sint visa, qua de causa Rmūs ille cum synodo delegerit viros doctos, qui reformatione diligenter expensa congesserint ea, quæ viderentur scrupulosa, obtulerintque Episcopo & Ecclesiis dijudicanda, sed quo-

quoniam in articulorum congeſtorum diſcuſſione non conveniret Epiſcopo per omnia cum ſuis eccleſiis & aliud Rmūs aliud Eccleſiæ ſuper quibusdam cenſuere, viſum utrique partium fuiſſe ut ad provincialis Concilii definitionem ſcrupuli illi rejicerentur, conditas tamen fuiſſe communi conſenſu conſtitutiones quasdam pro abuſuum juxta eccleſiæ Trajectenſis conditionem, emendatione & inſtitutione morum bonorum, quædam vero cultum divinum concernentia mota tantum & Concilii authoritate, ſi videretur Patribus, ſtatuenda, quæ omnia Concilii judicio Rmūs & Eccleſiæ ſubmiſiſſent; Et cum dicto depoſuiſſet articulos controverſos numero XXXII. conſtitutiones item & poſtulationes ad menſam notariorum Concilii.

His ſucceſſerunt Rmi Dni Monaſterienſis hujus Epiſcopatus nomine Legati, e quibus Dnūs Decanus ſi ſeverini aſſeruit R. Dnūm Monaſterienſem ſicut obedientiæ filium decebat, reformationi a Cæſarea Majeſtate impoſitæ mandatis item & adhortationibus ſui Metropolitani paruiſſe ac ſynodum Diœceſanam 15. Octobris celebraſſe & mandata quædam ad reformationis exequutionem valentia decreviſſe, quæ tamen Legati non attuliſſent ſecum, quod Typographus ea prelo modo excuderet & necdum abſolviſſet, viſitationem vero ob temporis brevitatem hucusque inſtituere non potuiſſe, atque hinc adeo vitia gravia & cauſas ad ſynodi judicium pertinentes ſe nondum habere compertas, cæterum ſi quas inter viſitandum offende-

ret, quæ ſuæ aut ſynodi diœceſanæ authoritati non cederent nec emendarentur, hæc R. Dnũm Monaſterienſem decreviſſe vel ſtatim ad Rmũm Archi Epiſcopum vel ad proximum Concilium referre, & ut dictis faceret fidem, protulit indictionem celebratæ ſynodi prelo excuſam & mandatum item de amovendis focariis ſigillo Rmi Monaſterienſis ſignata.

At Legatis ejusdem Dñi Epiſcopatuum Osnaburgenſis & Mindenſis nomine, quæ ſibi dicenda erant de ſtudio R. Dni ſui ad parendum Metropolitani monitionibus & quomodo ſynodos celebraverit & quæ obſtiterint quo minus reformationem ſit in Diœceſibus illis exequutus & iis ſimilia exhibuit in ſcriptis, quorum ſumma paucis per Decanum S. Severini expoſita fuit, hæc videlicet R. Dnũm Monaſterienſem tanquam veræ obedientiæ filium feciſſe omnem diligentiam reformandi ſuos, obſtitiſſe tamen ei articulos duos nempe de communione duplicis ſpeciei & conjugio ſacerdotum, proinde peteret a Concilio quid ea in re agere cenſeant fore tutiſſimum atque ita tradita ſunt ſcripta quæ rem exactius continerent ſuo tempore legenda atque expendenda, ſimiliter Decani & Capituli Osnaburgenſis mandatum ad obſervandum decreta ſynodi ſuæ celebratæ 9. Februarii, non ſunt tamen libelli iſti eo die lecti ſed rejecti in proximam ſeſſionem.

Rdũs Dñus Abbas Werdenſis retulit Abbatum S. *Benedicti* nomine eos mandatis Rmi & decretis

cretis ſynodi nuperrimæ ac reformationi (quatenus ipſos illa concerneret nec in ordinis aut privilegiorum præjudicium tenderet) paruiſſe ac parere deinceps velle, Cœterum gravari ordinem ſuum rebus quibusdam quas libello ſupplici eſſet expoſiturus.

Rdūs D. Abbas Campenſis exemplorum nomine ait eos viſitationi monaſteriorum ſuorum pro reformationis exequutione magno ſtudio incubuiſſe & ſubditos parere, paucis, quos in ſchedula notatos exhiberet, exceptis.

D. Decanus S. *Severini* nomine Decanorum urbanorum Collegiorum & Decanus in *Keiſerswerd* externorum nomine reſponderunt ſe reformationi parere, transgreſſores apparituros in vīſitatione.

Venerabilis Prior Prædicatorum nomine religioſorum urbis retulit monaſteria illa reformationi, legitimis eorum conſtitutionibus & privilegiis ſalvis, parere & habere pleraque ſuos provinciales ac viſitatores, qui non obtemperantes corrigerent, ſed eſſe ipſis diverſos apoſtatas etiam regimini animarum adhibitos ac notatos in ſynodo nupera nec tamen amotos, qui ſacramenta non vererentur adminiſtrare populo, ubi ipſi excommunicati eſſent, petebat idcirco communi omnium nomine ut Rmūs D. cum Concilio agere vellet cum Illuſtriſſimo Duce Clivenſi in cujus ditionibus potiſſimum viverent ſecuri, ne quis ſuorum eis in Ducatu Juliacenſi, Montenſi, Clivenſi, & Comitatu *a Marca* vel *Ravensburg*

vensburg patrocinetur eosve recipiat aut defendat, cum dicto tetendit Catalogum Apoſtatarum ſatis magnum.

Priorum externorum nomine in eandem omnino ſententiam ſed paucioribus dixit Venerabilis Prior Carthuſianus apud *Weſaliam* deditque ſcedulam Apoſtatarum.

Nomine Paſtorum in *Colonia* dictum eſt eos cum ſacellanis & vicariis obedire reformationi, parochianorum vitia & transgreſſores ſe indicaturos in viſitatione.

Decani rurales aſſeruerunt ſe plurimam impendiſſe operam, ut ſuos ad reformationis obſervationem adducerent & plerosque omnes paruiſſe & parere deinceps velle, eſſe autem vitia plurima quæ corrigere ſuæ poteſtatis non eſſet, hæc viſitatioribus indicaturos.

Juſſit autem Rmūs D. per R. D. Cyrenenſem ut illa in ſcriptis exhiberent, verum cum non haberent ſcripta parata, petiverunt tempus deliberandi, obtulerunt tamen ſchedas quasdam & ſupplicem libellum Rectoris in Kempen.

Guardianus Brülenſis obſervantium nomine ait, ſe ſuosque fratres reformationem obviis ulnis ſuſcepiſſe & parere, cum autem ſubmoneret Rmūm & Patres multarum rerum, quæ eidem viderentur in Concilio ſtatuendæ ut de typographorum licentia coërcenda, de non communicantibus, de Apoſtatis Franciſcanis, de Monialibus ſuis Rectoribus non

con-

confitentibus & rebus ſimilibus, reſponſum ei eſt, ordinem in Concilio non antevertendum, ſuis locis patres hiſce de rebus cogitaturos.

Omnibus dicere volentibus auditis juſſit Rmūs Concilii Præſes Rdum D. Cyrenenſem dicere, ſe ſtudia comprovincialium Epiſcoporum, referentibus eorum Legatis ſuæ quoque diœceſis Prælatorum & Patrum in promovenda atque exequenda ſalutari iſta reformatione ſtudia percepiſſe, quæ ſibi valde probarentur, cœterum gravamina quorum quidam meminiſſent, quæ eos a plena reformationis exequutione eſſent remorata, ſe in proxima ſeſſione auditurum & cum Concilio cognituram; De ſcriptis vero quæ plurima in Concilium allata eſſent ita cenſere, ut a delectis primum per otium legerentur atque expenderentur privatim & quæ Concilii conſultatione ac diſcuſſione digna viderentur, referrentur ad ejus judicium, placuit Patribus ſententia, cumque meridies appetiſſet, dimiſit Rmūs Patres ad horam ſecundam usque pomeridianam.

Seſſionis ſecundæ Continuatio.

Rmo cum Patribus hora ſecunda pomeridiana ad locum tractationis reverſis, juſſit idem ille R. Dnūm Cyrenenſem dicere, ſe cupere ne quidquam ad Religionis inſtaurationem pertinens pervertatur aut negligatur, vereri autem ob rationes veriſimiles ne multi ſubticeant res, quas ſcire in Concilio ſit opus, ſive quod non ſatis prompti ſint ad di-

cendum ſive quod ſint imparati & de proponendis non inierint ſecum rationem, ſive quod pudore metuve abſterreantur, ideo ſe facere unicuique poteſtatem cognita ſibi in qualibet Seſſione poſthac proponendi vel in ſcriptis exhibendi, quo conſcientiam ſuam quisque exoneret nec reus fiat malorum qui in Chriſti injuriam & Eccleſiæ perniciem occultaret, videri quoque ſibi non inutile fore, ut deligerentur e Patribus, qui cauſas & negotia ſecretiora audirent, quorum denunciatores cupiant ob pericula quæ forte metuerent, ignorari, viri graves docti & rerum prudentia exercitati, qui diſcernere queant inter cauſas dignas & indignas atque etiam dijudicare de ſpiritu, quo delatores ducantur, quibus aſſignaretur audientiæ locus in domo Capitulari, ubi Concilio durante poſſint ab omnibus conveniri & quæ acceperint, ſi digna videbuntur atque ad concilii cognitionem pertineant, ſuppreſſis delatorum nominibus eo referre, ſin autem, ſupprimere & improbos calumniatores caſtigare.

Laudaverunt Patres Conſilium Rmi Præſidis & arbitrati ſunt hac ratione concilium multa moleſtia poſſe levari, delegeruntque ad id negotii Rdos & honorabiles Dnos Abbates S. *Martini in Inſula* & S. *Nicolai* in *Bruwyler* & ſacræ Theologiæ Licentiatos ſcholaſticos *ad Gradus* Mariæ & S. *Apoſtolorum*, quibus addiderunt quintum Notarium *Henricum Auerdunck* qui omnia delata annotaret.

Deinde

Digitized by Google

Deinde facta Trajectenſibus dicendi poteſtate clariſſimus D. Vicarius ſcrupulos quos dixerat a delectis cleri Trajectenſis in reformatione animadverſos exequutionem ejus remoratos fuiſſe, omnes ordine recitavit e ſcripto, dixitque in ſingulos judicium R. Epiſcopi & Eccleſiarum adjectis prolixa oratione cauſis & rationibus quibus permoti a R. Epiſcopo in plerisque diſſenſerint arbitratique ſint eos vel non recipiendos ab eccleſiis ſuis vel moderandos, declarandos aut aliter ſtatuendos, quosdam etiam expungendos, porro data ad hunc modum exequutionis dilatæ ratione ſubdidit, verum ne ſynodus coacta absque fructu dilaberetur, eos interea dum delecti reformationis formulam diſcuterent inquiſiviſſe de erroribus & vitiis pro quorum correctione & coërcendis deambulationibus ac confabulationibus in templis ediderint conſtitutiones aliquot, quas ad comprobandam R. Dñi Trajectenſis diligentiam exhiberent, quæ ſi viderentur Patribus recte ſtatutæ, derivarent exemplum in alias eccleſias ut hoc libentius eas Trajectenſes obſervent, ſin autem, Concilii arbitrio ſubmitterent cenſendas. Lectæ ſunt igitur & conſtitutiones & ea quæ pro moderandis quibusdam horarum canonicarum gravaminibus eis videbantur concilii Provincialis auctoritate ſtatuenda; dimiſſusque eſt conventus in diem poſterum.

Dum hæc agerentur, convenerunt interea temporis acciti Abbates illi & Scholaſtici cum Notario delecti ad audiendas cauſas ſecretiores, qui-

bus Rmūs expoſuit negotium ad quod deſignati a Concilio eſſent, mandavitque ut quotidie a ſacro matutinali donec reſtarent denunciatores, conſederent in domo Capitulari Eccleſiæ Metropolitanæ, cauſasque propoſitas & perſonas deferentium ſolertes obſervarent ac diſcernerent, & ſi quæ graves eis apparerent cauſæ, referrent ad Concilium, leves ipſi dijudicarent, indignas rejicerent, Notarius vero exciperet omnia.

Seſſio tertia.

Tertia decima Martii die poſt ſacrum peractum & ſpiritus ſancti invocationem præſentibus in Choro ſynodalibus omnibus R. D. Cyrenenſis clara voce expoſuit & pronuntiavit Rmūm D. Archi Epiſcopum cum Legatis & ordinum eccleſiaſticorum delectis deſignaſſe e Patribus quosdam integros & fide dignos viros qui in domo Capitulari Eccleſiæ Metropolitanæ conſederent & res ſecretiores exaudirent, easque ad Concilium denunciantium nominibus vitandi odii & diſcriminum cauſa ſuppreſſis referrent, Rdōs & honorabiles Dominos Abbates S. *Martini* & in *Bruwiler* & Scholaſticos S. *Mariæ ad Gradus* & S. *Apoſtolorum*. Hoc propterea Rmūm cum Concilio decreviſſe ne quis metum vel aliud quodvis periculum cauſari poſſet, quo minus conſcientiæ onus ob peccata aliena deponeret & ad Concilium perferret ea quæ requirerent emendationem, eſſent enim Apoſtoli *Pauli* ſententia morte digni non tantum facientes ſed & conſentientes, nec item juxta antiquorum pontificum judicia carerent

rent ſcrupulo ſocietatis occultæ qui ſceleri manifeſto deſinerent obviare.

Quibus publicatis proceſſum eſt ad locum tractationis & Rmō ſignum dante primo omnium factus eſt locus Legatis Leodienſibus, ut de reformatione judiciorum, quæ haberent in mandatis, proponerent. Ibi egregius jurisperitus D. Officialis Leodienſis primum enumeravit conſuetudines pravas & abuſus quibus depravata eſſet curia Leodienſis, nigerrime omnia exponens, deinde varias doctorum virorum opiniones ultro citroque in ſynodo Leodienſi controverſas, quibusnam illi rationibus arbitrarentur abuſus iſtos quam rectiſſime corrigi poſſe explicuit, differuit quoque de difficultatibus quæ viderentur utrique ſententiæ obſiſtere ſed & de abuſibus qui undique ſuboriri poſſent, omnia prudenter & docte, ad poſtremum, utra certior eſſet habenda ſententia ad concilii judicium rejiciens a quo popoſcit huic morbo conſuli.

Reſtabant libelli a R. Dñi Monaſterienſis Legato Epiſcopatuum Osnaburgenſis & Mindenſis nomine pridie exhibiti quos juſſit Rmūs Præſes in Concilio legere, erat autem hæc fere libellorum ſumma, R. Dnūm Monaſterienſem qui idem teneret Epiſcopatum Osnaburgenſem & Mindenſem obſequutum monitionibus ſui Metropolitani celebraſſe in Osnaburgenſi & Mindenſi diœceſibus ſynodum ad ſtudia pietatis, quæ in partibus illis jam prope excleverant, revocanda, tuliſſe decreta ac mandata, ut prælati ſacerdotes & Clerici vitam con-

converſationemque ſuam juxta reformationis formulam inſtituerent, nec vanos fuiſſe ejus conatus quibus plurimum profecerit, maxime in iis locis, ubi vitia poterant absque periculo ſubito curari, quod appareret in obedientia Cathedralium eccleſiarum Osnaburgenſis & Mindenſis earumque mandatis ſub ſigillis majoribus publicatis, quæ legi in Concilio peteret, quo de diligentia ejus & parendi ſtudio Rmō. D. Metropolitano ſuo vel talibus argumentis certa fides fieret, ſed quoniam malum inveteratum (quales ſunt hæreſes & errores pravi, qui in diœceſibus illis jam multis annis collegiſſent vires) difficilius curatur, urgere quidem illum ſynodalia præcepta ſed caute & prudenter, proinde daturum ſedulo operam ubi plusculum convaluerit, nec ceſſaturum, donec e faucibus hæreticorum ſeductos eripiat & in ſuaviſſimum matris eccleſiæ Catholicæ ſinum cum omni tranquillitate reſtituat, cœterum res una redderet eum vehementer anxium & perplexum, quod utriusque diœceſis paſtores rurales ad unum omnes affirmarent, ſe libenter imperata quævis amplecti, modo concedatur eis, quod contendunt, Cæſaream Majeſtatem unicuilibet feciſſe liberum habere uxores & ſub ſpecie duplici populum communicare, alioqui foreeis alio, curis animarum relictis, migrandum, nec mora longiori in diœceſibus illis hærendum, quibus in rebus anxie Rmūm illum Dnūm urgeret hinc fidei ſuæ conſtans profeſſio, qui ſit & haberi velit Catholicus, nec aliud quicquam ſua ſponte, niſi quod ſit Catholicum admittere vel probare iſtinc

ani-

animarum eſt populorum, quibus præfectus eſt, cura, quippe quod paſtoribus illis e provincia discedentibus non ſtatim queant haberi, qui munus hoc capeſſant catholici & deſtituerentur diœceſes illæ verbo Dei, ſacramentorum adminiſtratione & officio eccleſiaſtico, unde non immerito quis vereatur, ne populus miſere ſeductus in deteriores prolabatur errores & motibus novis omnia perturbet, ut ei neque negare paſtoribus neque concedere petita ſatis tutum ſit, idcirco petere, ut Rmus Metropolitanus cum provincialis ſynodi patribus difficultate illa in deliberationem ac conſultationem admiſſa, dent conſilium utile, dicantque quid eis expedire videatur, utrumnam populum in tantum protrudere malorum, an potius duo iſta tanquam a Cæſarea Majeſtate illi qui ſe Evangelicos appellarint, ad concilium usque remiſſa, per conniventiam tolerare ac diſſimulare, non aperte concedere, paulatimque duobus iſtis conceſſis, populum ad ovile Eccleſiæ Catholicæ adducere præſertim cum etiam per canones fas ſit de duobus malis eligere malum minus.

Libello in hanc ſententiam prælecto R. Dnus Abbas Mindenſis Legatus protulit libellum alium quem habebat pro Epiſcopi ſui purgatione paratum, nimirum vir prudens & ſagax cum obſervaſſet animadvertiſſetque ſeſſione ſecunda, quando libellum ſuperiorem exhibuit & paucis ejus ſententia per D. Decanum S. *Severini* expoſita eſt, vel ex vultu Rmum D. Archiepiſcopum Legatos & Patres

Patres fuiſſe nonnihil commotos & factum improbare veritus eſt, conjectura non vana idem futurum ſeſſione tertia quando erat Patribus libellus prælegendus, idcirco libellum purgatorium in veſtigio porrexit, qui ſimiliter lectus eſt in hanc fere ſententiam, Legatum ſubvereri ne R. Dñi ſui petitio jam prælecta aliter atque ejus ſententia fuerit, a Patribus quibusdam ſit accepta, & ille in ſuſpicionem deliteſcentis apud eum hæreſeos præter culpam ſuam adducatur, ideo ſe neceſſitate Dnûm ſuum a ſuſpicione falſa vindicandi, cogi, ad integram hiſtoriæ & conſilii ejus rationem, qua ad petendum ductus ſit, patribus explicandam, quæ haberet in hunc modum, Cum Rmûs Dnûs Monaſterienſis ſynodos Osnaburgenſem & Mindenſem magno ſtudio inſtantiaque cogeret & acriter moneret ac mandaret ut ea facerent atque docerent quæ eccleſia Catholica ſtatuiſſet & ſcriptis canonicis atque Apoſtolis comprobarentur, objectam ei fuiſſe a paſtoribus & populo Cæſareæ Majeſtatis declarationem velut totius Imperii conſenſû editam, publicatam ac receptam, quam mordicus retinerent, nec ſibi eripi paterentur, quorum importunitati cum ſe vidiſſet imparem, nec ſua ſolius authoritate ſufficere ad obſiſtendum, ac inferiorem, qui pertinaciam eorum contunderet atque reprimeret, noluiſſe tamen etiam acquieſcere, licet non ignoraret, duos illos articulos motibus tollendis indultos, videlicet ne (quod fieri poſſet) haberetur ipſe de hœreſi vel ſchismate ſuſpectus idcirco viſum ei fuiſſe altiorem hac in re ſui Metropolitani Authorita-

Digitized by Google

ritatem implorandam, ne ſi quæ perturbatio aut inexpectatum aliquod malum propter Articulos negatos forte oboriatur, ipſe arguatur imprudentiæ ac temeritatis, qui Metropolitano & Provinciali Concilio inconſulto, illa quæ Cæſar & utriusque partis principes, e quorum numero eſſet quoque Rmūs Metropolitanus, quæ denique Imperii ſtatus omnes, inſpectis temporum neceſſitatibus, permiſiſſet, recuſaverit tolerare, hoc conſilio non alio eum rem ad Concilii arbitrium detuliſſe, nec aliud quam conſilium bonum & utile petiviſſe, quam ob rem graviter in libello illo proteſtabatur Abbas, R. Dno Monaſterienſi ne cogitatum quidem fuiſſe, tantum abfuiſſe a mente ejus, quicquam moliendi, quod ſit Catholicæ Eccleſiæ diſſentaneum, atque ad poſtremum rogabat Rmūm Dnūm ut petitionem illam benigne & ſecundum hanc quæ nunc declarata eſſet, mentem vellet accipere atque interpretari & ſuum ſuper articulorum illorum ſive permiſſione ſive recuſatione dare judicium.

Tum Rmūs Concilii præſes, graves iſtæ & difficiles, inquit, quas modo audivimus ſuffraganearum Eccleſiarum Clerique noſtri Colonienſis cauſæ prudens & maturum conſilium requirunt, cenſuitque opus eſſe, præcedenti rerum diſcuſſione & expenſione, & ideo ſibi, ait, videri conſultum, ut priusquam ad conſilia & ſuffragia iretur, darent legationes ſingulæ unum aliquem e ſuis doctum

ctum, hoc eſt viros pro numero Epiſcopatuum quinque, quod ſi grave eis videretur (nimirum propter monaſterienſem, qui tres tenebat Epiſcopatus, darent ſaltem tres aut quatuor, qui cum delectis a ſua gratia, negotia cauſasque propoſitas absque mora & temporis dilatione examinarent & expenderent, conſultarent ac de remediis cogitarent, conſultaque ſua ad Concilii judicium referrent.

Legati habita deliberatione reſponderunt, ſe habere in mandatis, ut tractarent, deliberarent & concluderent communiter, peterent idcirco ad conſultationes quaslibet admitti conjunctos, nec ſeparari alterum ab altero, quod nemo absque ſociis concludere quicquam poſſit.

Mirabatur Rmûs Dnûs Archi Epiſcopus nonnihil, eos iſthuc, quod rerum tractationem expedire ac promovere videretur, detrectare, ſed quando eis ita viſum erat, a communicatione abſtinere conſiliorum privatorum & prævia diſcuſſione rerum opus eſſet, ait, ſe neceſſitati non defuturum, proinde vellet in conſilium ſibi adhibere delectos, quorum opera uti hactenus conſueviſſet, & res per eos expenſas Concilii judicio, ſeſſione proxima proponere; Reliquum temporis impendit audiendis gravaminibus cæterorum ſynodalium.

Abbates qui proprios habent viſitatores, petebant Epiſcopali viſitatione non gravari.

Paſto-

ctum *Franciſcum Ludovicum* Archiepiſcopum juxta ejus providam diſpoſitionem ſtatuendis & recipiendis integre perſolvendorum eosque in ſex Lectorum videlicet quatuor Publicum feudale ac Canonicum jura ac Codicem & Digeſta, reliquorum vero duorum Medicinam in Univerſitate ſtudii Moguntinenſis hujusmodi legere debentium congrua ſalaria & non in alios uſus convertendorum ſolvendi onus auctoritate predicta motu ſimili etiam perpetuo imponimus & injungimus decernentes univerſum clerum predictum ad integram ſolutionem dicte preſtationis annue predicte Univerſitati ſtudii Mogunt. hujusmodi faciendam juxta oneris impoſitionis & injunctionis predictarum tenorem fore efficaciter obligatum ac volentes & eadem auctoritate ſtatuentes quod ille ex univerſo clero predicto qui in dictis terminis ac ſub cautionibus predictis vel ſaltem infra triginta dies illorum ſingulos immediate ſequentes preſtationem annuam hujusmodi per univerſum clerum predictum eidem univerſitati ſtudii Mogunt. hujusmodi tunc debitam non perſolverit cum effectu lapſis diebus eisdem ſententiam excommunicationis incurrat a qua donec eidem univerſitati ſtudii Moguntinenſis hujusmodi vel eis Procuratori ſeu eisdem procuratoribus de preſtatione annua hujusmodi tunc debita integre ſatisfactum aut alias cum univerſitate ſtudii Moguntinenſis hujusmodi vel cum dicto Procuratore ſeu dictis procuratoribus ſuper hoc amicabiliter concordatum fuerit preterquam in mortis articulo conſtitutus abſolutionis beneficium nequeat obtine-

re ſi vero per ſex menſes dictos triginta dies immediate ſequentes ſententiam ipſam animo quod abſit ſubſtinuerit indurato ex tunc effluxis menſibus eisdem diſſolutione predicta illiusque effectu perpetuo privatus exiſtat eo ipſo ac revocationem reſciſſionem abrogationem in priſtinum ſtatum reſtitutionem repoſitionem reintegrationem ac oneris impoſitionem & injunctionem predictas nec non omnia & ſingula premiſſa ac easdem preſentes ſemper & perpetuo validas & efficaces eſſe & fore plenamque roboris firmitatem ac vim valide & efficacis concordie inter univerſitatem ſtudii Moguntinenſis hujusmodi illiusque Rectores & Proviſores ac Clerum predictos inite & per nos approbate obtinere & ab omnibus ad quos ſpectat obſervari debere nec ullo unquam tempore & ex quocumque capite etiam in corpore juris clauſo de ſubreptionis vel obreptionis ſeu nullitatis vitio ſeu intentionis noſtre aut quopiam alio quantumvis ſubſtantiali & formali defectu etiam ex eo quod cauſe propter quas ille emanarunt ſufficienter adducte examinate verificate & approbate ac idem clerus & quicumque alii in premiſſis & circa ea intereſſe quomodolibet habentes vel habere pretendentes ad id vocati & auditi non fuerint nec eisdem premiſſis conſenſum ſuum preſtiterint & ex quovis alio pretextu aut ex quacumque quantumvis pia legitima privilegiata & de neceſſitate juris vel facti omnino exprimenda cauſa notari impugnari ſeu alias quomodolibet infringi retractari retardari annullari invalidari ſeu etiam per nos & ſucceſſores

noſtros

noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes ſeu predicte ſancte Romane Eccleſie Cardinales etiam de Latere Legatos vice legatos dicteque ſedis nuntios predictos vel quosvis alios quavis auctoritate fungentes & honore ac preeminentia fulgentes revocari limitari ſuſpendi annullari aut ad viam & terminos juris reduci ſeu adverſus eas reſtitutionis in integrum aperitionis oris reductionis ad viam & terminos juris aut aliud quodcumque juris vel facti aut gratie vel juſtitie remedium impetrari aut alias motu ſimili concedi ſeu illis in aliquo derogari aut quidquam aliud in contrarium diſponi ullatenus unquam poſſe nec illas ſub quibusvis ſimilium vel diſſimilium gratiarum revocationibus ſuſpenſionibus limitationibus derogationibus aut aliis contrariis diſpoſitionibus & Cancellarie predicte regulis & preſertim de preſtando conſenſu in penſionibus a nobis & quibusvis Romanis Pontificibus predeceſſoribus & ſucceſſoribus noſtris & in contrarium premiſſorum etiam ſi in eisdem expreſſe diſpoſitum fuiſſet easdem preſentes effectum ſuum ſortiri debere in premiſſis quibus expreſſe cautum fuiſſet derogari non poſſe pro tempore factis & faciendis ac emanatis & emanandis comprehendi ſed ſemper ab illis excipi & quoties ille emanabunt toties in priſtinum & validiſſimum ac eum in quo antea quomodolibet erant ſtatum reſtitutas repoſitas & plenarie reintegratas ac de novo etiam ſub quacumque poſteriori Data per nunc & pro tempore exiſtentes Univerſitatis ſtudii Moguntinenſis hujusmodi Rectores & Proviſores

predictos quandocumque eligenda conceſſas ſemperque & perpetuo validas & efficaces fore & eſſe ac nunc & pro tempore exiſtentibus Rectoribus & Proviſoribus univerſitatis ſtudii Moguntinenſis hujusmodi in omnibus & per omnia ſuffragari ſicque & non alias per quoſcumque judices ordinarios vel Delegatos etiam cauſarum palatii Apoſtolici predicti auditores ac ejusdem ſancte Romane Eccleſie Cardinales etiam de latere Legatos vice legatos dicteque ſedis nuntios predictos ac alios quoscumque quavis auctoritate poteſtate prerogativa & privilegio fungentes ac honore & preeminentia fulgentes ſublata eis & eorum cuilibet qualibet aliter judicandi & interpretandi facultate judicari & definiri debere & quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari irritum & inane motu pari decernimus & inſuper pro premiſſorum obſervatione predicto *Franciſco Ludovico* Archi Epiſcopo & pro tempore exiſtenti Archi Epiſcopo Mogunt. motu ſimili per preſentes committimus & mandamus quatenus ipſe per ſe vel alium ſeu alios easdem preſentes & in eis contenta quecumque ubi & quandocumque opus fuerit & quoties pro parte Rectorum & Proviſorum univerſitatis ſtudii Moguntinenſis hujusmodi nunc & pro tempore exiſtentium predictorum requiſitus fuerit ſolemniter publicans & in premiſſis efficacis defenſionis preſidio aſſiſtens faciat auctoritate noſtra illas & in eis contenta hujusmodi & preſertim preſtationem annuam mille quadringentorum florenorum dicte monete ab omnibus & ſingulis

Digitized by Google

gulis ad quos ſpectat & pro tempore ſpectabit perſolvi & adimpleri illisque pacifice frui & gaudere non permittens quempiam ex Rectoribus & Proviſoribus univerſitatis ſtudii Moguntinenſis hujusmodi nunc & pro tempore exiſtentibus predictis deſuper quomodolibet indebite moleſtari contradictores quoslibet & rebelles per ſententias cenſuras & penas eccleſiaſticas aliaque opportuna juris & facti remedia ſervata tamen forma Concilii Tridentini appellatione poſtpoſita compeſcendo non obſtantibus quatenus opus ſit dicte Cancellarie regulis de jure queſito non tollendo ac de preſtando conſenſu in penſionibus ac Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati dismembrationes perpetuas niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis ac quoad predictam annuam preſtationem dictorum mille quadringentorum florenorum dicte monete recolende memorie *Pauli* PP. *II.* etiam predeceſſoris noſtri de rebus eccleſie non alienandis aliisque Apoſtolicis etiam in ſynodalibus provincialibus Generalibus Univerſalibusque Conciliis editis vel edendis ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis ac dictarum Collegiatarum Eccleſiarum etiam juramento confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis conſuetudinibus privilegiis quoque indultis & litteris Apoſtolicis dictis collegiatis Eccleſiis illarumque reſpective Capitulis & Canonicis aliisque ſuperioribus & perſonis nec non Univerſitati ſtudii Mogunt. hujusmodi illiusque Rectoribus & Proviſoribus & in ea Legentibus aliisque quibuscumque

in contrarium premiſſorum ſpecialiter vel generaliter ac etiam pluries conceſſis approbatis & innovatis quibus omnibus & ſingulis etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione alias de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa & individua ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio ſeu quevis alia expreſſio habenda aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret tenores hujusmodi ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo & forma in illis tradita obſervata & inſerti forent preſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris latiſſime & pleniſſime ac ſpecialiter & expreſſe hac vice dumtaxat motu ſimili derogamus ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre abſolutionis perpetue revocationis reſciſſionis abrogationis in priſtinum ſtatum reſtitutionis repoſitionis reintegrationis oneris impoſitionis & injunctionis decreti Commiſſionis mandati & derogationis infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Rome* apud ſanctam *Mariam* Majorem anno Incarnationis Dominice Milleſimo ſeptingenteſimo trigeſimo primo pridie nonas julii Pontificatus noſtri Anno primo.

LIV.

Digitized by Google

LIV.

ACTA SYNODI PROVINCIALIS COLONIENSIS AN. MDXLIX. CELEBRATAE.

Cum tempus appeteret, quod Reverendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus Dñus *Adolphus**) Archi Epiſcopus Colonienſis Princeps Elector Illuſtriſſimus & Gratioſiſſimus Dominus noſter celebrando Concilio provinciali, univerſis cleri ſui ordinibus in noviſſima ſynodo dioeceſana menſe octobri ſuperioris anni habita, indixerat, quodque Reverendiſſimis in Chriſto Patribus & Illuſtriſſimis Dominis Comprovincialibus ſuffraganearum eccleſiarum Epiſcopis ſignificaverat per litteras, quarum hic ſubditur exemplar (exempla indictionis ſynodi dioeceſanæ & mandati adverſus concubinarios, quorum in exemplo iſto fit mentio, inſerere operæ pretium non videtur, propterea quod inſerta ſunt actis ſynodi illius quæ extant prelo excuſa) venit idem ille Reverendiſſimus Dominus Archi Epiſcopus in Coloniam Agrippinenſem ſuam Metropolim & accitos aliquos e Clero Theologos & jurisperitos adhibuit in conſilium, quibuscum primo omnium luſtravit & percurrit antiquorum Archi Epiſcoporum Colonienſium libros pontifica-

*) *Adolphus* hujus nominis *III.* Patre *Jodoco a Schawenburg*, Matre *Maria de Naſſowe* genitus Metropolitanæ Moguntinæ & Colonienſis Canonicus *Hermanno de Wied* depoſito ſubſtituitur & communi populi voto clerique ſuffragio recipitur & proclamatur Archi Epiſcopus An. MDXLVII.

Digitized by Google

les quos cum aliis pontificalibus quæ circumferuntur præsertim cum Romanis veteri & novo contulit, quo ritus & ceremonias patribus usitatas, quibus concilium hoc provinciale posset quam decentissime celebrari, inde eliceret, quamvis enim habeant ecclesiæ singulæ suum morem & in unius cujuslibet potestate sit Ceremonias minores pro temporis ratione mutare, neque enim in rebus hujuscemodi ad certas regulas ecclesiæ alligantur, tamen quum unitate & concordia nihil censeret esse pulchrius animadversa veterum & novorum codicum varietate nec fere ullam formam ut erant illæ conscriptæ posse concilio instanti ex integro hoc tempore accommodari, ne quid contra primi scita committeret sed unitatem quantum res sinerent, servaret, ubi concordia erat, eam duxit retinendam, ubi varietas, hoc sequendum, quod rebus gerendis videretur accommodatissimum formulam itaque hisce de rebus conscriptam tradidit designato cuidam ceremoniarum directori, qui Cantores Custodes, sacrum peracturos & reliquos ecclesie ac Chori ministros agendorum submoneret.

Deinde ut in tractatione rerum quoque modus & ordo in synodo servaretur, fuit ei cure, & quum secundum sanctiones Patrum appareret in Concilio provinciali non modo de viciis que in synodo illa diœcesana & visitatione sua subsequuta, verum etiam de iis quæ in comprovincialium Episcoporum synodis & visitationibus emendationem non recepissent consiliis & suffragiis communibus decer-

decernendum, eſſetque præterea tractandum de modo formulam illam reformationis a Cæſarea Majeſtate propoſitam atque ab univerſis eccleſiaſtici ordinis ſtatibus in Comitiis Auguſtanis nuper receptam in noviſſima quoque ſynodo publicatam exequendi, ac porro diſpiciendum ſi forte reperiantur pervicaces aliqui qui nolint ad eam ſe impendere aut qui reformari plane detrectent, quomodo ſint illi habendi & quid denique agendum ſi quæ difficultates ejus exequutionem alicubi impedientes inciderent, cenſuit omnem tractationem ad duo capita redigendam, ad eradicationem zizaniorum & plantationem bonorum morum, nimirum agri dominici culturam ad agriculturæ ruſticanæ præcepta exigens, qui priusquam faciant ſementem eradicant lolium & quod fuerit poſt ſementem ſubnatum ſimili ſtudio dum in herba eſt, eradicant, in quem modum arbitrabatur, primo inquiſitionem fieri debere de viciis extirpandis & idcirco imponendam omnibus neceſſitatem indicandi ac proponendi ea quæ ad concilii judicium pertinerent ſive verbis ſive ſcriptis & deſignandos præterea ex Patribus qui privatim audirent eos qui cauſas haberent, quas absque periculo in Concilium publice deferre non poſſent, & quum præſagiret negocium iſtud fore multorum dierum, quod veriſimile eſſet non omnes venire inſtructos & paratos ad ſua ſtatim proponendum, quosdam etiam quos metus aut verecundia retardarent expectaturos præcedentium exempla, denique & in dubiis, veritatis inveſtigatione opus fore, quibus omnibus tempus

dandum esset, censuit quotidie quidem querelis accusationibus, delationibus & judiciis paratis dandum locum & recipiendos libellos oblatos, ceterum judicium illorum reservandum ad finem concilii & deligendos e Patribus qui audita in ordinem redigerent, expenderent ac censerent seorsim extra concilium, quod vero supereſſet concilio ab audientia temporis & donec ipsi censerent, illi audirent causas impendendum consultationi de modo quo videretur reformatio juxta formulam a Cæsarea Majestate propositam nobis exequenda.

Tractandorum ordine ad eum modum præstructo datoque negocio Rdō Domino *Joanni Cyrenensi* Episcopo Rñi Dñi Archi Episcopi in Pontificalibus vicario ut consilium & deliberationem Rñi de ordine servando toti Concilio in tractationis loco exponeret, quo posset quisque se ei accommodare, expectabatur dies indictus.

Itaque feria secunda post Dominicam *invocavit*, que fuit undecima Marcii dies celebrando Concilio indicta, hora sexta matutinali adiit Rñus Dñus Archi Episcopus cum legatis comprovincialium Episcoporum Ecclesiam Metropolitanam prælatis sibi Archi Episcopalibus insignibus, comitibus proceribus & nobilitate cum Capitulo Metropolitano præcedentibus, ubi ingressus sacrarium se ad sacrum solenne peragendum præparabat Interea Legati illi cappis aureis ac omni ornatu suo, nam duorum Legatorum erant Abbates infulati, induti, sic se componebant in choro ut unus aliquis sui

Epi-

Epiſcopi locum in Orcheſtris altioribus occuparet, ſocii vero ſtarent in Orcheſtris inferioribus, poſt quos Prælati & Canonici Metropolitani in cappis pretioſis latus chori unum alterum R. Dñi Regalium Monaſteriorum Abbates S. *Cornelii* apud Indam & S... in *Werden* ſacri Imperii prælati & cœteri totius diœceſis ordinis ſancti *Benedicti*, Ciſtercienſis & Premonſtratenſis Abbates & ij in cappis pretioſis cum baculis infulis quoque caputiis aut pileolis ut ſua cuique dignitas erat, ornati tenebant.

Proceſſitque Rmūs Dnūs Archi Epiſcopus ad Altare pallio Archi Epiſcopali & ornatu pontificali omni indutus ac ſacrum de ſpiritu ſancto ritu ſolemni cum benedictione celebravit, quo finito ſubjunxit chorus Antiphonam *Exaudi nos Domine* & ille collectam, a qua cæpta eſt Litania, dixitque Rmūs Archi Epiſcopus ad Patres Concilii converſus verſiculum: *ut hanc ſynodum benedicere, viſitare & regere digneris*, cum collectis quas habet liber pontificalis, deinde proceſſit Diaconus ad pronunciandum Evangelium, poſtea procumbentibus omnibus in genua hymnus cantatus eſt *veni creator ſpiritus* & Archi Epiſcopus caſula depoſita pluvialique ſeu cappa indutus aurea ab altari deſcendit ad Patres in ſuum locum & dato aſtanti ſibi Rdo Dño Cyrenenſi Epiſcopo ſigno alloquutus eſt ille Concilii Patres in hanc ſententiam. . . . . Deinde conſcendit ſuggeſtum honorabilis Dominus *Sebaſtianus Novimola* presbiter Canonicus Eccleſiæ Metropolitanæ & habuit ad Concilium orationem.

Ora-

Digitized by Google

Oratione finita Magiſter *Petrus a Coisfeldia* unus Notariorum Concilii e ſuggeſtu alta voce pronuntiavit Rmi Dñi edictum in hæc verba:

Rmus Dnus noſter Archi Epiſcopus hujus Concilii præſes mandat & præcipit omnibus ad provinciale iſtud Concilium vocatis ne quis hinc diſcedat, donec Concilium Canonice & ſecundum morem ſanctorum Patrum obſervatum terminetur & auctoritate ipſius diſſolvatur ſub cenſura qua Canones abeuntes & Concilium deſerentes perſtringunt, inſuper ut vocati omnes ſequantur ad locum tractandis negociis ſynodalibus præparatum, non vocati vero ſive Clerici ſive laici qui cauſas habent ad Concilii cognitionem vel diffinitionem pertinentes, eas committant uni Archidiaconorum aut alicui Patrum vocatorum referendas in Concilio, aut ſi libet, tradant ſcriptas, ut Concilium eis cognitis & diſcuſſis, quid ſentiendum & agendum ſit, queat canonice & mature decernere.

Sub hæc itum eſt ad ſacrarium & ſacris veſtibus depoſitis Patres vocati omnes proceſſerunt cum Rmo Dño ad locum tractationi deſtinatum prælatis inſignibus & proceribus pro more præcedentibus, ubi cum ex latere uno Rmi Dñi conſediſſent Legati Epiſcoporum Abbates & Priores, quot conſeſſus accipiebat ex altero vero Rdus D. Cyrenenſis vicarius Rmi Dñi in Pontificalibus & delecti Capituli Metropolitani cum prælatis eccleſiarum reliqui quos latera non accipiebant, conſederunt in

medio

medio cum decanis ruralibus & paſtoribus Urbanis, Rmo Dño Archi Epiſcopo ſuggerente ſurgens Rdus Dnus Cyrenenſis ex ipſius nomine Patres omnes conteſtatus eſt, nemini allaturum præjudicium aut exiſtimationis ſuæ imminutionem, ſi cui forte non contingeret in conſeſſu pro dignitate ſua locus, eos vero quibus hoc jam obveniſſet, eodem nomine rogabat ut locum inferiorem non gravarentur ferre pro Chriſti gloria æquanimiter & cogitare non eſſe hic in ſacro Concilio de loci præeminentia certandum, ſed potius annitendum majoribus ut minores ſibi anteferant exemplo Chriſti, qui etiam Phariſæos primos accubitus in menſa expetentes reprehendit ambitionis & diſcipulos ſuos cum pro primatu contenderent, docuit ſolos humiles, qui ſe poſtremos ducerent, eſſe vere magnos & prælatione dignos.

Omnibus dehinc in ſilentio conſidentibus juſſit Rmus Dñus Archi Epiſcopus recitari cathalogum vocatorum ad ſynodum & ut lectus quisque reſponderet ſe adeſſe, nemine vero ad nominis repetitionem reſpondente ſi neque legati adeſſent aut qui abſentiæ cauſas dignas exponerent ut abſens notaretur, judicio ſynodi ſubmittendus, quamvis Pontificalia quædam recitationem nominum differant ad finem Concilii, videbatur tamen Reverendiſſimo Dño Concilium iſtud ab hoc exordio auſpicandum ut ne quis temere admitteretur in conſeſſum & tractationem rerum ſynodalium, dareturque abſentium Legatis occaſio commiſſionem & ea

quæ

haberent in mandatis exhibendi & conſtaret ad hæc de abſentium contemptu atque inobedientia de qua Patres ante Canonum publicationem, niſi interea illi purgarentur, ſtatuerent, ad primam itaque nomenclaturam qua Rmūs Dñus Epiſcopus Leodienſis appellabatur, ſurrexerunt ejus Legati, ampliſſimus Dñus *Gerhardus* e familia nobilium *a Groſſbeck* Decanus Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis & Dñus *Johannes Huetius* Doctor Rdi Dni Leodienſis officialis utrique eximie docti, diſerti, venerabiles omnique obſervantia digni viri & Legationis ſuæ litteras ſigillo Majori R. illius Epiſcopi ſignatas ac ſeptima Martii datas exhibuerunt, quæ coram conſeſſu toto lectæ ſunt, ijs demonſtrarunt ſe habere in mandatis, ut primum abſentiam Rmi Dni Epiſcopi Leodienſis adverſa valetudine laborantis & arduis negociis impliciti apud Rmum Archi Epiſcopum & Patres Concilii excuſarent & ejus vice in Concilio fungerentur, gravamina & abuſus diœceſis Leodienſis proponerent, conſultarent, deliberarent ac remedia oportuna peterent & præterea poteſtatem ſe habere in reliquis negociis ſynodalibus ſicut juſtum & in rem reformationis eſſe videretur deliberandi, ordinandi, ſtatuendi ac definiendi omniaque Rmi illius Epiſcopi nomine & plena ipſius auctoritate agendi, quæ ipſemet in Concilio præſens agere poſſet vel deberet, etiamſi talia forent negocia, quæ mandatum magis ſpeciale requirerent, ijsdem litteris Rmūs ille Epiſcopus promittebat ſe rata, grata ac firma habiturum, quæcunque illi ejus nomine in eo concilio agerent,

data

Digitized by Google

data Legatis ſuis poteſtate alios quoque ſubſtituendi. Ad quas litteras Decanus ille ſtatim exorſus eſt exponere Rmõ Dño Archi Epiſcopo & Patribus Concilii R. Leodienſem Epiſcopum ſuum Dominum nihil prius habuiſſe in votis quam ut poſſet ipſe ſanctæ huic ſynodo intereſſe & Epiſcopali ſuo muneri cum patribus perfungi, verum quo minus ſuam voluntatem exequi potuerit in cauſa eſſe valetudinem adverſam qua adfligeretur, quam ob rem petebat ut Rmũs Dnus Archi Epiſcopus cum Patribus ſynodalibus vellet excuſationem abſentiæ ejus qui dolens & invitus per infirmitatem a Concilio abeſſet, recipere & habere legitimam, attamen ne prorſus videretur ille huic Concilio deeſſe, dediſſet venerabili Dño Officiali & ipſi in mandatis ea ſuo nomine & vice cum Patribus agendi quæ modo e litteris audita eſſent ad quæ uterque ſuum ſtudium obedienter & prompte offerret.

Appellato Rmo Dño Epiſcopo Trajectenſi ſurrexerunt clariſſimi viri Dñi *jacobus Uteneng* juriſprudentiæ Doctor Decanus Collegii ſancti *Petri* Trajectenſis Generalis Epiſcopi illius vicarius & Dñus *Hermannus Gondanus* inſignis & libris editis celebris Theologus Collegii S. *Mariæ in Trajecto* Decanus Legati R. Dñi Epiſcopi Trajectenſis & D. *Stephanus Rummelar* Doctor Canonicus in Collegio S. *joannis Traject.* Legatus Cleri illius qui ſuarum quoque Legationum litteras protulere & quidem priores illi duo habebant a R. D. Trajectenſi ſub ſigillo ejus majori in mandatis ut Concilio

lio vice ipſius intereſſent & ea quæ pro exequutione reformationis ſtatus Eccleſiaſtici, extirpatione errorum, digna ſacramentorum adminiſtratione, diſciplineque ſalutaris obſervatione juxta ſacrarum ſcripturarum & canonum normam eccleſie pacem & tranquillitatem ac eorum omnium ſimilem viderentur conferre, proponerent tractarent ac cum cæteris ſynodi patribus ejus nomine agerent atque concluderent, litteris iisdem promittebat D. Trajectenſis, ſe rata grata firma ac ſtabilia habiturum quæ per ſuos in Concilio dicerentur, gererentur aut concluderentur, Datæ ſunt *Trajecti* Calendis Martiis anno 49. Poſterior vero D. *Stephanus* eadem illa habuit ab univerſo Trajectenſi Clero in mandatis, qui præterea bonis ſuis omnibus in hypothecam datis ſe obligarunt ad eorum quæ per illum agerentur aut procurarentur, obſervationem per inſtrumentum publicum Datum 2 Martij 49. quibus lectis Generalis ille vicarius retulit R. Dnūm Trajectenſem Epiſcopum cum firmo ac conſtanti propoſito ſecum ſtatuiſſet proficiſci ipſe ad Concilium & munus ſuum epiſcopale obire, neceſſariaque omnia ad hanc profectionem adornaſſet, acceleraſſet etiam ea de cauſa ſynodum dioeceſanam, quam magna feſtinatione ſanus & incolumis celebraverit, tempore intempeſtivo, quando regio illa lutoſa & paluſtris vix permeabilis eſt, quo Concilium iſtud anteverteret, ut paratior atque inſtructior illud adiret, inexpectata ac moleſta febri fuiſſe correptum, ut coactus fuerit medicorum ope uti, & cum nondum confirmata valetudine nec ſatis

tis restitutus teneretur adhuc desiderio priori proficiscendique animum non deposuisset, prohibitum a medicis ob flatus frequentes ventorum & aeris inconstantiam febricitantibus inimicam, ne tamen ulla in ipso diligentia desideraretur, misisset præsentem legationem cum sufficientibus & plenis mandatis cum Rmõ Dnõ Archi Episcopo & Patribus synodi agendi, tractandi, statuendi ac decernendi ejus nomine omnia quæ ipse præsens potuisset, idcirco rogabat eum haberi excusatum, ad hæc ajebat R; illum Episcopum omnia quæ pro fide & religione Christiana instauranda ac defendenda valere possent, in sua dioecesi pro virili promoturum.

Deinde Appellato Rmõ D. Episcopo Monasterienſi qui idem erat Episcopus Osnaburgensis & Mindensis administrator surrexerunt Ornatissimi & Venerabiles Dñi religiosus pater *Gerhardus* Abbas in *Lieſſborn Georgius Titſch* Doctor Decanus *S. Severini* in *Colonia johannes Koch* vicarius in spiritualibus & sigillifer monasterienſis & *ſtephanus Tutel* ecclesiæ istius vicarius & secretarius legati nomine Episcopatus monasterienſis & D. *johannes Abbas ſancti Symeonis & Mauritij* in Civitate Mindensi Legatus nomine Episcopatus & Administrationis Osnaburgensis & Mindensis, exhibueruntque hic & illi quoque suæ legationis litteras peculiares sed tamen unius sententiæ, in quibus erat videre illos habere in mandatis, ut Episcopi ipsius nomine Concilio interesſent ac ejus vices, ut erant suorum Episcopatuum nomine legati, obirent, absentiam excu-

ſarent, agerent & tractarent omnia cum Rmõ Archi Epiſcopo & Patribus quæ ad executionem reformationis a Cæſarea Majeſtate propoſitæ, extirpationem errorum, ſacramentorum adminiſtrationem, diſciplinæ ſalutaris obſervantiam, pacem & tranquillitatem eccleſiæ univerſalis & ſuarum eccleſiarum profectum ac communem omnium ſuorum ſalutem conferre ac expedire eis viderentur, haberentque poteſtatem ea omnia agendi, quæ ipſe in Concilio præſens agere poſſet, etiam ſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, quicquid autem per eos gereretur, vellet ipſe habere ratum & gratum. Datæ fuerunt 3. Martij. Tum Decanus ſancti *Severini*, quo fidem faceret Rmõ Dño Archi Epiſcopo & Patribus Concilii adverſæ ejus valetudinis, cujus fiebat in litteris Legationum illarum commemoratio, protulit inſtrumentum autenticum de gravi & difficili infirmitate, qua Epiſcopus ille detineretur, eam ob cauſam Rmũm Dominum & Patres Concilii rogavit cum Collegis ſuis ut vellent eum qui per inſuperabilem caſum abeſſet, habere legitime excuſatum, præſertim ubi quod ſolum reſtabat, miſiſſet huc legationem ampla ac plena poteſtate ejus inſtructam ut vellent legati ipſius nomine ſedulo peragere quæcunque ſynodi neceſſitas poſtularet & omne illud quod de jure facere teneretur.

Legatis auditis, proceſſit nomenclator Magiſter *Petrus* Concilii Notarius e Catalogo vocatos omnes ſublata voce appellare, reſponderuntque

Abba-

Abbates prælati & quotquot aderant præſentes pro ſe ſinguli *adſum*, quidam abſentes excuſabantur per adverſam valetudinem, alii quidam quod cauſis legitimis impediti ſubſtituiſſent pro ſe alios, pauci [illegible] fuerunt & neque ſubſtituerunt ignotum, quibus de cauſis quos propterea cenſuit correctioni ſubmittendos ſui fiſcalis & viſitatorum niſi pro ſe dignam reddant ſatisfactionem. Ad eos vero qui comparuiſſent & jam auditi eſſent, juſſit R. D. Cyrenenſem, qui ei a latere adſidebat, dicere, ſe animo grato ac benevolo agnoſcere Rdōs Dnōs Comprovinciales Epiſcopos feciſſe pro officio ſuo, qui cum ipſimet cauſis juſtis & inevitabilibus impediti venire ad hoc ſacrum Concilium requiverint ipſum per tales dignitate eruditio ne ac pietate præſtantes ſuos commiſſarios & Legatos ſpectabiles perpenſa negocii magnitudine que non unius dioceſeos ſed totius provinciæ imo reipublicæ Chriſtianæ ſalutem concerneret impoſitorum ſibi a Deo & poteſtatibus in terra ſupremis munerum memores inviſere non ſint gravati, excuſationes autem quas de adverſa eorum valetudine Legati attuliſſent, ſe ſortis humanæ memorem, cum ſimus mortales omnes, variis ægritudinibus & caſibus adverſis perpetuo ac momentis omnibus expoſiti reputare legitimas, easque benigno ac compacienti recipere animo, plurimum quoque ſe gaviſum quod jam non absque voluptate exploratam ſibi habeat promptitudinem ſuæ diæceſis Abbatum Prælatorum & omnium ordinum Patrum & conſacerdotum qui ad negocium munere ac vocatione ſua tam dignum

huc frequentes & alacres convenerint, proinde ſe bona ſpe præſumere Deum Clementem & bonum (qui hanc voluntatem eis inſpiraſſet) daturum quoque uberem ex ea fructum proventum, ut opus bonum quod in eis ſua gratia cepit perficiat etiam, cum ſit ipſe (ut apoſtolus ait) qui operetur in vobis & velle & perficere pro ſua bona voluntate.

Quæ cum Dnūs Cyrenenſis exegiſſet, ſubmonente Rmō Dño preſentes omnes alloquutus eſt in hanc ſententiam, quam ille ei hoc loco dicendam dudum injunxerat.

Tametſi Rmūs Dnūs noſter Archi Epiſcopus non adducat in dubitationem quin præſentes Rmōrum comprovincialium Epiſcoporum Legati Abbates prælati & Patres hujus ſynodi omnes ſint pro ſua erga Deum pietate & religionis orthodoxæ, extra quam nulla eſt ſalus, amore, quæ ſui muneris ſunt, ſedulo diligenter omnique ſtudio in hac ſynodo acturi, id quod Rmūs Dnūs ſibi perſuadet, ipſos Legatos (ut quibus non minor incumbat Epiſcoporum ſuorum nomine quam ipſi Rmō Gregis Dominici cura) & Patres Concilii omnes jam dudum animo concepiſſe ac ſibi propoſuiſſe, tamen ut Rmūs ipſe inter hæc ſuo quoque munere perfungatur, requirit & hortatur omnes ſynodi Patres in Domino jeſu Chriſto ut negocio huic tam ſalutari pio ſancto ac neceſſario gnaviter pro ingenio & viribus ſuis incumbant, affectibusque & ſtudiis privatis depoſitis de rebus in hoc Concilio

*) Phil. 1. **) Phil. 2.

Digitized by Google

lio ad Dei gloriam & Ecclesiæ ædificationem tractandis sancte & religiose ac animo syncero consultent in commune quo constet unicuique sua mens bona & quod propriæ conscientiæ testimonio ad Concilium venerit in nomine Domini nostri Jesu Christi potius quam in nomine suo, nam ita demum in Concilio nobiscum spiritus sanctus & mentes nostras reget, si in nomine illo conveniamus. Licet autem Concilii hujus causæ & quæ res in eo tractari debeant, satis in indictione ejus expositæ sint, tamen ne quem illæ fugere possint, operæ pretium fore Rmūs Dnūs noster Archi Episcopus hujus Concilii Præses arbitratus est, ut paucis hic repetantur; Nemo vestrum est, qui ignoret quantis perturbationibus fuerit ecclesia multo jam tempore commota atque jactata succrescentibus indies & robur impune sumentibus ab annis amplius triginta hæresibus dissensionibus & odiis non in vulgo modo bellua illa multorum capitum & sensuum, quæ nobis ex opinionibus opiniones & hæreses ex hæresibus absque modo & numero progenuit, verum etiam inter Principes ipsos qui malum hoc coërcere debuerant unde prognatæ sunt conspirationes dissidia & bella confusissima quæ eousque tandem invaluerunt ut jam non modo de religione nostra sanctissima quin etiam de reipublicæ forma transferenda ac mutanda cœperint quidam cogitare, Notum est Item ex adverso Cæsareæ Majestatis Dñi nostri Clementissimi insatigabile studium pro religionis antiquæ & veræ pacisque publicæ conservatione, quæ cum malum hoc cerneret

imperio & ecclesiæ supra caput jam jam impendere paterne ac Christiane commotus primum aggressus est ipsum edictis & mandatis severis propositis coërcere, deinde comitiis imperialibus & colloquiis tentatis sedare atque componere, novissime vero Concilii œcumenici authoritate, verum omnia frustra, cum istud hæreat suspensuum & illis libidine pervicaciaque sectariorum hactenus sit illusum, donec fractis rebellium viribus & principibus diversæ partis suasu auctoritateque sua in concordiæ rationem ac fidem communem cum Catholicis quam proxime adductis res in nuperis comitiis ad Concilii definitionem usque composita est juxta Majestatis suæ declarationem quam *Interim* vocant. Et quomodo cum Catholicis quoque egerit, ut illi ultro pro abusibus & scandalis (quorum causa clerus certe male audit & adversarii nobis insultant) receperint formulam illam Reformationis quam eis prius tradiderat expendendam & Majestati suæ policiti sunt ad eam se suosque velle componere ac reformare, nunc instat Religiosissimus & piissimus gloriæ Dei & ecclesiasticæ dignitatis promotor Cæsar, ne patiantur Episcopi & Prælati occasionem tantam Clerum seu potius ecclesiam reformandi per ignaviam elabi, Reverendissimumque Dnüm nostrum pia solicitudine non semel requisivit ut in opere hoc tam sancto velit pergere & siquid conatibus ejus obstet, quominus pergere ac reformationem illam exequi queat, ut hoc ipsum Majestati suæ significet, quæ velit dare operam, ut impedimenta omnia, quantum suæ

pote-

poteſtatis erit, amoveantur atque tollantur. His tam ſanctis, Chriſtianis & religioſis Imperatoris pientiſſimi deſideriis non acquieſcere aut eis deeſſe arbitratur Rmūs D. noſter Catholicum & fidum Cæſari ſuo principem parum decere, Cæterum quin eadem quæ Imperator terreſtris exigat etiam cœleſtis Imperator prophanum inreligioſum atque impium cenſet hanc talem tamque oportunam munere ſuo perfungendi occaſionem ſibi oblatam negligere ac præterire, pertinet enim etiam alias ad Rmūm Dnūm noſtrum vocationis ſuæ munus a Deo impoſitum fideliter obire, vigilare ſuper gregem ſuum nec defodere talentum in terram ſed huc omne ſtudium omnesque vires intendere, quo provinciam clerumque & populum ſuum ab erroribus & moribus corruptis vindicet, ſtudiis pietatis inſtruat atque exerceat & ſecundum ſacrarum ſcripturarum Canonum eccleſiaſticorum & paternarum traditionum normam reformet, idcirco primum menſe octobri nupero ſynodum Diœceſanam habuit in qua publicatā reformationē omnibus ſuis ſubditis injunxit ſervandam & ne publicatio iſta & præceptum vi carerent, viſitationem in urbe & vicinia inchoavit, quam tamen ob temporis brevitatem ante Concilium non potuit abſolvere, hortatus quoque eſt & requiſivit Rmōs Dſios comprovinciales Epiſcopos transmiſſa ad eos reformationis formula, idem ut illi in ſuis quoque diœceſibus facerent, quos & ad Concilium iſtud provinciale quod modo per Dei gratiam inchoamus in quo & per Legatos ſuos comparuerunt, invitavit, cupiens quid

ea in re apud illos promotum jam sit cognoscere, Utrum synodos in diœcesibus celebraverint & abusus ac vicia correxerint, & si nondum, quid obstiterit, quomodo iis cognitis abusus per totam provinciam & mores corrupti consiliis communibus tolli & formula reformationis exequutioni demandari posset, siquidem nisi sequatur publicationem exequutio evanescent & peribunt tam salutares ac pij Cæsareæ Majestatis pro reipublicæ Christianæ instauratione labores, unde verenda nobis erit non modo gravior in republica Christiana perturbatio & forsan eversio quin etiam ne ultio, nisi vana est fides nostra, subsequatur divina, quam tot scripturæ locis Deus incorrigibilibus & in pravitate sua perseverantibus severiter ac serio comminatur & quadrabit in nos quod de Babylone Dominus in Hieremia ait, Curavimus Babylonem & non est sanata, quippe quod adhibita nobis sit divino beneficio reformatio salutaris, quæ nihil in pervicacibus profecerit.

Duo ergo censet Rmūs Dñus noster in hoc Concilio præcipue agenda, primum inquirendos & corrigendos mores corruptos & abusus, unde populus scandalizatur & vastatur ecclesiastica disciplina, deinde consultandum quonam pacto formula illa finem quem intendit, assequatur, & ita de exequutionis modo statuendum, proinde ut ordine recto in hoc negotio procedatur, arbitratur Rmūs Dnus noster eum ordinem in inquisitione vitiorum servandum quem ipsamet reformatio, de cujus exequutione

quutione agitur, præſcribit cap. de ſynodis, ubi ita dicitur: jubeat (qui Synodo præſidet Epiſcopus) ſingulos per juramentum notariis, qui omnia excipiant, adſidentibus proferre in medium, eccleſiarum ſuarum ſtatum, prælatorum quoque & populi ſive abſentium ſive præſentium vitia gravia quæ a ſynodo corrigantur &c. ne tamen videatur Rmä ſua gratia Patribus ſynodalibus in hoc ſacro Concilio præjudicare velle & legem imponere, facit unicuique liberum dicere judicium ſuum, num videatur ad hunc modum de vitiis & abuſibus inquirendum ac de emendatione eorum poſtea ſtatuendum.

Ad quæ primi Legati Rmi Epiſcopi Leodienſis rogati reſponderunt: R. Dnüm ſuum Leodienſem Epiſcopum litteras Rmi Dñi Archi Epiſcopi cum reformationis formula reverenter ſuſcepiſſe atque ut eisdem obſequundaret, coëgiſſe ſynodum diœceſanam, publicaſſe formulam illam & ejus obſervationem ſuis omnibus impoſuiſſe, ſed quum hactenus non fuiſſet ei datum per occupationes graves & temporis anguſtiam Diœceſim ſuam viſitare ut cognoſcere potuerit, qui abuſus & mores pravi a ſynodo emendationem recepiſſent & qui nondum, ideo ſe non habere in præſens quod de diœceſis illius vitiis gravibus in Concilio exponerent, donec viſitatione facta de eis conſtaret.

Cum vero ad eundem modum reſpondiſſent etiam Trajectenſes & Monaſterienſes Legati & negoti-

gotium anteverterent, juſſit Rmūs Archi Epiſco. pus verbis magis diſſertis, quod quærebat, exponere, nempe ſe nondum exigere vitiorum denuntiationem, ſed hoc prius, num videatur denunciandi ac revelandi neceſſitas ſynodalibus omnibus imponenda, id quod formula illa & Concilii Baſileenſis conſtitutio exigerent per juramentum.

Cum paucis Legati illi omnes inter ſe colloquuti petiverunt deliberationi ſuæ dari tempus ad proximam usque ſeſſionem, in qua eſſent judicium ſuum dicturi, quibus Rmūs Præſes annuit.

Animadvertens vero Rmūs Dnus plurimam adeſſe Patrum ſynodalium diœceſis ſuæ turbam, multosque ejusdem gravis conditionis ſeu ſtatus, longum autem fore ac difficile, cum tota multitudine capere conſilia & ſingulorum ſuffragia in re qualibet rogare atque audire ſynodi arbitrio atque conſilio permiſit diſpiciendum, an non potius expedierit e ſingulis contuberniis ſeu ordinibus Abbatum Prælatorum Decanorum & Patrum deligere viros aliquot graves doctos & pios, quos tractationi huic idoneos reputarent, qui collegarum ſeu ordinis ac ſtatus ſui nomine propoſitionibus conſiliis & tractatibus adhiberentur, eisque incumberet, cæteri vero negotia, cauſas & conſilia ſua iſtis committerent donec tractationibus habitis & judiciis conceptis non tamen latis revocarentur omnes adferenda libera, priusquam canones & decreta Concilii publicarentur, ſuffragia, ita tamen

men ne quis discederet ante synodi dimissionem juxta mandatum Rmi e suggesto pronuntiatum, nisi cui fortasse negotium esset, cujus causa expediret ipsummet audiri, aut si quis esset, qui malit causam suam ipse in Concilio proponere, nam hos ipsos quandocunque voluerint, admittere, æquum Reverendissimus Dnūs censuit, Patres, qui præter omnem dubitationem sentirent negotia non melius posse tractari quam per delectos absque cunctatione censuerunt, ut qui pares essent conditione, deligerent e classe sua duos, tres aut quatuor, qui hoc munus obirent, dedit itaque Capitulum Metropolitanum tres sui collegii presbiteros Canonicos Rdūm Dnūm *joannem Noëpel* Episcopum Cyrenensem Theologum, D. *Bernhardum ab Hagen* Præpositum S. *Andreæ* jurisperitum & Rmi Dñi Archi Episcopi Cancellarium & D. *Sebastianum Novimolam* Theologum.

Abbates Ordinis Beati Patris *Benedicti* dederunt Rdos Patres *Hermannum* Abbatem regalis monasterii in *Werdenn* & Imperii Prælatum & Abbatem . . Monasterii Tuitiensis.

Abbates Cistercienses & Præmonstratenses Rdōs Patres *johannem ab Hülss* Abbatem in *Camp* & *Gerhardum de Mörss* Abbatem in *Knechtsteden.*

Prælati in *Colonia* Dnūm *Georgium Titschin* Decanum S. *Severini Hieronymum Aimkburn* Decanum S. *Andreæ* jurisprudentiæ Doctores D. N. *Wilich* Decanum *S. S. Apostolorum* Theologum & Dominum

num *Conradum Orth* Decanum S. *Georgij* jurisprudentiæ Doctorem.

Decani externorum Collegiorum D. *Fridericum Vüllink* Decanum in *Keiserswerd* jurium Licentiatum & D. *joannem ab Altena* Decanum clivensem.

Religiosi in *Colonia* Ven. & religiosos Patres *Tilmannum a Sygeburg* Priorem prædicatorum & *jaſparem a Dorlar* Priorem Carmelitarum ſacræ Theologiæ Profeſſores.

Religiosi externi Ven. Patres *Hermannum Plettenberg* Priorem Carthuſianorum apud *Weſaliam*, *Servatium* Guardianum *Brülenſem*, *joannem* Guardianum *Dörſenſem*, *Rudolphum Bocholt* Priorem Cruciferorum in *Düſſeldorf*.

Paſtores in *Colonia* D. *Henricum Tongaris* paſtorem S. *Martini* ſacræ Theologiæ profeſſorem & Dnum *Hermannum Blanckefurt* paſtorem S. *Columbæ* ſacræ Theologiæ Licentiatum.

Decani rurales delegerunt D. *joannem a Weſterholt* Decanum *Noveſienſem* D. *joannem Linckenns* paſtorem in *Holtzwiler* Decanum *Berchemenſem* D. *Egidium Sommer* Decanum Sigebergenſem, D. *Walterum de Holt* paſtorem in *Grevenrodt* Decanum *Zülchelenſem*.

Quibus actis cum jam meridies præteriiſſet, dimiſit Reverendiſſimus Conventum in diem ſequentem, admonitis omnibus ſynodalibus ut ad ſacrum, quod durante Concilio hora ſexta in ortu ſolis

ſolis dicendum erat quotidie convenirent, delecti vero tractationis locum cum Rmō & Legatis ingrederentur.

Seſſio Secunda.

Poſtridie quæ fuit duodecima Martii dies Divo Gregorio ſacra convenerunt Patres omnes ad horam ſextam matutinalem audituri cum Rmō & Legatis ſacrum quo commemoratio fiebat B. *Gregorii*, non tamen ut pridie ornati veſtibus ſacris ſed quisque in habitu ſuam profeſſionem decente.

Poſt miſſam omnibus in genua provolutis cantabatur hymnus *Veni creator ſpiritus* cum collectis quas Rmi Dni in Pontificalibus Vicarius R. D. Cyrenenſis dixit, qui mos Concilio durante fuit ad noviſſimam usque diem, quo decreta publicanda erant, obſervatus & ſacrum quotidie dictum eſt pro feriæ incidentis ritu. a ſacro proceſſum eſt ad locum tractationis, quem delecti illi cum Rmō & Legatis coeteris abeuntibus introibant, conſedentibus omnibus apparuit irrepſiſſe ſimul ignotos quosdam non delectos a Clero, placuit itaque ut primum recitaretur Catalogus delectorum, quibus in ſenatum adhibitis coeteri excluſi ſunt.

Summa delectorum Cleri Colonienſis erat XXV. Præter hos erant Legati comprovincialium Epiſcoporum & delecti illi, quorum Conſiliis & opera Rmus Dñus in ſynodo utebatur & Notarii Concilii duo, permiſſum quoque erat Epiſcoporum Legatis, ſi qui voluiſſent Notarium adhibere, ita tamen,

ut

ut is prius ſecreti fidem juraret, nec acta ante publicationem alteri communicaret, nec poſt publicationem, niſi collatione eorum cum Notariis Concilii facta.

Nec hoc prætereundum eſt, quod licet in Divinis unus aliquis Legatus Epiſcopi ſui locum obtinuerit, in ſenatu tamen & loco tractationis conſedere quotquot unius Epiſcopi erant Legati ſimul ſcilicet ob communicanda inter ſe conſilia. Hic R. D. Cyrenenſis juſſus a Rmō Dno Archi Epiſcopo facere initium agendi habita commemoratione brevi, quæ pridie geſta erant, retulit, Rmūm D. expectare a Legatis num ipſis videatur ſynodalibus imponenda neceſſitas, vitia in Concilio juxta reformationis formulam per juramentum revelandi ac proponendi.

Primi reſponderunt Leodienſes in una quaque diœceſi pertinere ad Epiſcopum proprium ut in ſynodis & viſitationibus ſuis de vitiis & abuſibus etiam per juramentum inquirat, cognitaque & deprehenſa corrigat, proinde Epiſcopo officium ſuum in hoc negotio non negligente, ſibi non videri opus eſſe, ut vitia quælibet in Dioeceſibus comprovincialium Epiſcoporum deprehenſa referantur ad correctionem Concilii provincialis niſi graves eſſent errores vel abuſus aut controverſiæ difficiles aut rebelliones & inobedientia aut vitia ſcandaloſa quæ in ſynodis & viſitationibus non emendarentur, ſed vel foverentur vel diſſimularentur, qualia ad concilia deferre putabant ad omnes pertinere

tinere & meram de eis veritatem aperiendam, id quod ſe pollicebantur in fide boni viri facturos.

Rmūs probata hac ſententia & ſe a comprovincialibus non requirere vitiorum quorumlibet relationem & indicia per juramentum, ſed eorum quæ ad cognitionem & judicium Concilii Provincialis pro ſui emendatione pertinerent, ſic aſſenſum fuit.

Sequuti Trajectenſes in eadem fuere ſententia, addebantque reformationis formulam, ubi de ſynodis agit & enumerat vitia, de quibus inquiſitio fieri debeat, de Dioeceſanis potius quam provincialibus ſynodis diſponere, id quod & in ipſa formula pateret ubi diſertis verbis dicitur, ſi quid non finiatur, rejiciatur & ſynodum provincialem illic diſcutiendum ac definiendum rogeturque Metropolitanus ut quam primum fieri conveniet, concilium provinciale indicat. Monaſterienſis, Osnaburgenſis & Mindenſis Legati Leodienſi & Trajectenſi ſubſcripſerunt, poſt quos delecti Abbates Prælati & Patres ſententias dictas comprobarunt, concluſit itaque Rmūs ut comprovinciales graves tantummodo cauſas & vitia quæ apud eos diſſimularentur vel non emendarentur, in Concilio proponerent per juris jurandi religionem, cæteri vero hoc facerent, quod fieri in Diœceſanis debet.

Sub hæc admonuit Rmūs rogavitque Patres omnes ut ferret unusquisque alienam in proponendis & tractandis negotiis ac ſententiis dicendis libertatem æquanimiter, nec interpretaretur vel acciperet

ciperet alter alterius dictum aut judicium aliter quam tanquam e ſimplici animo & conſcientia recta, qua quis eccleſiæ bene conſultum cupiat, profectum.

Volens autem a ſe, qui caput & præſes Concilii eſſet inquiſitionem & emendationem inchoari nec detrectare reformationis obſervationem quam aliis imperaret, primus omnium affirmavit, quem ad modum & in ſynodo nupera fecerat, ſe reformationem propoſito firmo amplexum & velle per Dei Gratiam huc adniti, ut quid in ſe deſideraretur eorum quæ ad munus Archi Epiſcopale pertinerent, eaque de cauſa petebat, ne quis ſynodalium eum (qui ſe non ignoraret hominem eſſe) fragilitati negligentiis & vitiis donec viveret, alioquin obnoxium, ſed tamen ejus voluntatis & propoſiti, ut ſcandala extirpare, amputare ac cavere pro viribus Deo adjuvante ſtatuerit, libere admonere atque animadverſa in ipſo ſive in officialibus ejus gravamina, offenſiones, vitia & ſcandala proponere privatim vel publice vereretur aut dubitaret, nec enim ſibi gratum præſtare obſequium eos qui officialium ſuorum abuſus iniqua gravamina aut negligentiam pernicioſam diſſimularent.

Omnibus ad hæc aliquamdiu ſubticentibus, iterum Patres interpellabat ut ſi quid exiſtimarent in ipſo vel ſuis officialibus & miniſtris, qui vitiis non carerent, corrigendum atque emendandum, id ne ſuggerere vel proponere cunctarentur, ſe

gratiam

Paſtores indicarunt in parochiis eſſe, qui annis aliquot per hanc tempeſtatem non communicaſſent nec adhuc communicarent, Item qui nullis præcedentibus proclamationibus a ſacerdotibus alienis jungerentur matrimonio, & quosdam qui Moniales Apoſtalas domi retinerent, contra quos omnes, ut Concilium provideret, petebant.

Cum non prodirent plures, dimiſit Rmūs Dnūs Conventum in diem ſequentem ad horam ſextam.

Statim a prandio, quod breve habuit audivit Rmūs conſilia delectorum ſuper propoſitis in ſynodo, convenitque cum eis in ſententiam, quam ſi multitudo ſpectetur negotiorum & expenſorum articulorum, conſultatioque in noctem producta, verbis tantummodo paucis notatam commiſit Provinciali Carmelitarum, ut poſtridie in Concilio referret.

Seſſio Quarta.

XIV. Martii ſacro peracto & ſpiritu ſancto invocato, ubi Concilii Patres cum Rmō Dño conſediſſent juſſus eſt Provincialis Carmelitarum *) dicere, quid delecti Rmi Dñi de propoſitis hucusque

ſynodo

*) Is erat *Everardus Billicus* ſive *Billich* Doctor Theologiæ & Facultatis Theol. Colon. Decanus, cujus memoria in benedictione eſt, cum non tantum in Colloquiis tum temporis pluries inſtitutis ſe ſtrenuum Orthodoxæ fidei defenſorem ſed & in Concilio Tridentino aſſiduum Oratorem exhibuerit nec minus editis a ſe ſcriptis inclaruerit. vid. *Harzheim Bibliotheca Colonienſis.*

Digitized by Google

ſynodo & expenſis a ſe, quantum ejus tam brevi temporis ſpatio fieri poterat, difficultatibus ſenſerint, Qui præfatos delectos noluiſſe præjudicium Concilio facere ſed Rmō jubente dixiſſe ſenſum ſuum, quo ſuam illi obedientiam teſtatam facerent & rebus communibus non deeſſent, quem Concilii judicio, cui ſe acquieſcere velle & debere profiterentur, ſubmitterent judicandum, quod ad propoſitionem Leodienſium, de reformatione judiciorum eccleſiaſticorum & excommunicationis uſu, quam & Trajectenſes articulo ſuo noviſſimo moverunt, attinet, retulit Rmūm Dnūm Archi Epiſcopum cum a comitiis reverſus domum capita formulæ cum ſuis expendiſſet & jam moliretur ſecundum eam clerum & ſuæ diœceſis populum reformare, eandem offendiſſe difficultatem, eaque de cauſa ſupplicaſſe Cæſareæ Majeſtati ut illa dignaretur mentem ſuam declarare, quod niſi fieret, periclitaretur ſuprema in terris juris dicendi poteſtas & poſſent a malevolis & pervicacibus formulæ verba de caſibus in quibus judicia eccleſiaſtica exerceri poſſint in diverſum in Auctoritatis eccleſiaſticæ imminutionem & enervationem judisdictionis a Deo datæ contra Cæſareæ Majeſtatis mentem facile torqueri, quod Cæſaream Majeſtatem religionis orthodoxæ vindicem illum & eccleſiæ advocatum neutiquam intendiſſe ipſe Rmūs ſibi extra omnem dubitationem habeat perſuaſum, verum cum nondum acceperit ejus Celſitudo a Cæſarea Majeſtate reſponſum, viſum eſſe delectis, ne quid in præſens de excommunicationis articulo præter jus com-

commune ſtatueretur, donec Cæſarea Majeſtas mentem ſuam declaret, interim tamen omnes judiciorum eccleſiaſticorum reformationi graviter incumberent. Deinde quod ad ſcrupulos ſeu articulos attinet partim inter Rdūm Trajectenſem & eccleſias ejus controverſos, partim utrisque communes ait, quod tametſi delecti opinentur non licere cuivis formulam illam a Cæſarea Majeſtate propoſitam & ab univerſis imperii ſtatibus eccleſiaſticis præſente illis nec factum improbante ſummi Pontificis a latere Legato, accurate expenſam, magno judicio probatam & tanquam ſacræ ſcripturæ ſanctionibus & traditionibus eccleſiaſticis rectæque rationis judicio conſentaneam, communi conſenſu receptam, cuique jam publica auctoritas acceſſerit in controverſiam rapere, pro contentioſi cujuslibet arbitrio interpretari & corrigere aut in formam aliam Cæſarea Majeſtate inconſulta mutare, ſed potius, quantum in cujusque poteſtate fuerit, eam exequi, arbitrati tamen ſint, ſe operæ facturos pretium, ſi ſcrupulos illos pro ingeniorum ſuorum mediocritate & temporis quod exiguum datum ſit, ratione, ſubmoveant, id plurimam commoditatem allaturum ad faciliorem reformationis exequutionem conſtituendam, hinc ordine articulos omnes percurrens & explicans, ad ſingulos diſerte ſatisque copioſe reſpondit.

Pars maxima inveſtigabat ſenſum clarum & minime ambiguum quem reddere verbis diſertis ſategit.

Pars videbatur provinciæ hujus moribus & inſtitutis probatis non convenire, ubi arbitrabantur delecti ſpectandam eſſe formulæ intentionem eamque ſectandam ita enim etiamſi via eſſet diverſa, a reformatione non diſcederetur.

In quibusdam modus deſiderabatur & forma peragendi ea quæ reformatio exigebat, quod & delectos ipſos priusquam res iſta moveretur, animadvertiſſe ait, ubi arbitrati eſſent locum relictum ſynodis ſtatuendi, quod ad cleri & populi reformationem pro diverſis gentium moribus ac cœlo regionis videretur accommodatiſſimum.

Pars durior videbatur, quam ut mutatione ſubita poſſet hominibus imponi, ibi cenſuit ſingulis quibusque annis licentiæ aliquid per Epiſcopos viſitatores & ſynodos decidendum, donec ad plenam reformationem accederetur.

Quosdam aliter ſtatuendos aut potius expunctos volebant, quos ratione & authoritate ſcripturæ defendit aut ſaltem interpretatione commoda vindicavit a calumnia, uno tantum loco, ubi legitur ſub titulo *De Monaſteriis art.* cum non detur, œconomos debere quater in anno Monialibus & viſitatori reddere rationem, conceſſit mendam eſſe typographorum legendumque monialibus aut Viſitatori, id quod ex deſcripto Auguſtæ exemplari quod penes ſe haberet poſſet convincere.

Ad hæc pars videbatur eis derogare privilegiis exemptorum Collegiorum perſonarum & monaſteriorum, pars etiam non eſſe in poteſtate Epiſcopo-

ſcoporum & prælatorum, quod ipſum ait etiam Auguſtæ oculatiſſimos illos eccleſiaſtici ſtatus ordines non latuiſſe, qui remoram iſtam ad Cæſaream Majeſtatem detulerint, verum cum privilegia non debeant patrocinari viciis & ſcandalis manifeſtis, religioſiſſimum Cæſarem perquam ſancte recepiſſe in ſe negotium agendi cum ſummo Pontifice ut is operi tam ſancto ſe ſe vellet accommodare, quod cernere liceat in præfatione illa, quam Majeſtas ejus reformationis formulæ præfixit. Tales fuerunt ſcrupuli Trajectenſium & tales Delectorum ſatisfactiones, in quibus ubi ab Epiſcopo ſuo eccleſiæ diſſenſerant, fere delectis viſus eſt Rmus ille Epiſcopus rectius & juxta ipſam reformationem cum cæteris eccleſiaſticis totius Imperii ordinibus ſenſiſſe.

Quod vero ad Trajectenſis ſynodi conſtitutiones attinet, quas pro corrigendis moribus pravis ediderint, laudavit ac probavit Rmus D. Archi Epiſcopus eorum ſtudium, Cæterum poſtulavit eorum pro moderandis gravaminibus quibusdam horarum canonicarum ait, ſe non poſſe votis eorum nec irreligioſis nec injuſtis in præſens ſatisfacere, propterea quod res ad cultum divinum pertinentes longiorem deliberationem requirant & jam in hoc tempore aliquanto cum ſuis fuiſſet & etiamnum eſſet, necdum tamen peregiſſet, quo muneri ſuo quod reformationis formula Epiſcopis imponit ſatisfaceret, corrigeretque & purgaret breviaria & libros miſſales a mendis apocryphis, ineptis & nu-

gacibus ac cultu divino indignis næniis, qui libris illis temporum vitio irrepsere, quibus absolutis & comprovincialibus Episcopis communicatis possent ipsi si videretur & cæteri omnes collatis consiliis ad hoc exemplum suos quoque codices repurgare & superflua amputare aut etiam suæ celsitudini meliora si habeant, indicare ac suggerere quo unitas & concordia, qua nihil amabilius est, quantum posset pro locorum ratione fieri per provinciam totam instituatur ac servetur.

Hinc Rmus Dnus ad libellos Legatorum Rmi Episcopi & administratoris Monasterienſis, Osnaburgenſis & Mindenſis, quibus rogant a Rmo Archi Episcopo & synodo consilium super petitione ruralium pastorum pro communione duplicis speciei & sacerdotum conjugio tolerando conversus, jussit Provincialem dicere Cæsaream Majestatem Dnum nostrum clementissimum, non quod ipsi viderentur opinari, libertatem duos illos articulos impune retinendi quibuslibet permisisse, sed a diversæ partis statibus benigne ac clementer receptasse, quodcunque illi proredintegranda in religione concordia, quam ipse modis omnibus expetebat, obtulissent, non propterea probasse, id quod illi non obtulissent duos illos articulos, quippe qui integram potius concordiam maluisset, atque hinc adeo Majestatem ejus in declaratione Augustensi invitasse status illos & unum quemlibet subditorum illorum ad consensum Catholicum, at non statibus Catholicis aut subditis eorum libertatem feciſſe, ut

a con-

a conſenſu Catholico ſe ſubducerent, ſi liberet, ſed neceſſitatem impoſuiſſe, ut in eo permanerent, proinde cum Rmūs D. Monaſterienſis velit haberi & numerari inter Catholicos, nec poſſit idem inter non Catholicos haberi, ſciret ex declaratione illa Cæſareæ Majeſtatis, quid ſibi tanquam Principi inter Catholicos ſtatus numerato faciendum eſſet, nec alio ſibi opus eſſe conſilio, quam ut ſubditos ſuos quibus (cum ſint homines privati, permiſſum a Cæſare non eſt quod ipſis paribus) compellat ad obſervantiam unitatis Catholicæ, nec patiatur catholicarūm obſervantiarum quicquam ab eis immutari, quod vero allegarent de communi omnium ſtatuum conſenſu ac permiſſione, id vanum & ex perſuaſione falſa natum eſſe, ſolius Caeſaris hanc eſſe declarationem, quam ſtatus quisque pro ſe & ſuis reverenter ſuſceperit, proinde ſi decretum ruralibus illis ſit diſcedere, diſcederent; optimum eſſe frumentum a paleis repurgatum ac melius ſileri tempore aliquanto in eccleſia quam diſcordiam ab eccleſia catholica foveri, quod ſi Patribus Concilii videatur non inutile, poſſet Cæſarea Majeſtas in gratiam iſtorum eadem opera, qua pro declaratione articuli de excommunicatione rogari, communi totius provinciæ nomine, ne gravetur opinionem falſam quam privati quidam ex declaratione non bene intellecta hauſiſſent, extinguere & mentem ſuam apertius declarare. Fine dicendi facto Leodienſes interpellati, ut quid ipſi ſentirent de iis quæ modo Rmūs per Provincialem reſponderat, concilio exponerent, dixere, ſibi ea quæ

ad ſcrupulos Trajectenſium copioſa & prolixa ſatisfactione dicta erant, probari ſeque habere formulam illam plane talem, qualis ab univerſis Eccleſiaſticis Imperii ordinibus in comitiis & a Rmo Leodienſi totaque diœceſi in ſynodo Leodienſi judicata erant & ubi ſedis Apoſtolicæ deſideraretur authoritas, eam obnixe Cæſareæ Majeſtatis interceſſione efflagitandam, quod ad declarationem petendam de communione utriusque ſpeciei & ſacerdotum conjugio attinet, ſibi nulla declaratione alia opus eſſe, qui de mente Cæſaris nunquam aliter quam ea quæ modo expoſita erant, ſenſiſſent, verum propter neceſſitatem periclitantium provinciæ memorarum, ſe non gravatim ferre ut communi provinciæ nomine declaratio apertior peteretur, ajebant propter ea ſe habere quædam in mandatis quæ publice proponere non conveniret, quorum gratia petebant ad colloquium privatum cum Rmo admitti.

Trajectenſes interpellati conſenſerunt ubi authoritas Pontificis deſideraretur vel Cæſaris declaratio, eam petendam, eo modo quo Leodienſes conſuerant, petebant vero copiam ſeu exemplum a Provinciali ad ſcrupulos dictorum, ut expendere ea poſſent & ſcripto deinde reſpondere, ad hæc quemadmodum & Leodienſis colloquium privatum petebant.

Monaſterienſes Osnaburgenſes & Mindenſes ajebant ſe reformationi absque ſcrupulis parituros, tantum ut declaratio peteretur a Cæſarea Majeſta-

te

te etiam ſuper articulo de excommunicatione, qui & ipſi petebant colloquium privatum.

Abbates & quotquot aderant, cenſuerunt apertiorem de utriusque ſpeciei communione & ſacerdotum conjugio apud catholicos non tolerando & ſuper excommunicationis Articulo declarationem petendam, unoque ore & conſenſu rogabant, ut id negotii Rmūs D. Archi Epiſcopus Concilii nomine facere non gravaretur.

Exauditis communibus omnium ſuffragiis Rmūs Dnūs noſter recæpit ſe velle apud Cæſaream Majeſtatem pro articulorum illorum declaratione denuo inſtare idque totius Concilii nomine, quamvis enim ſint pleræque diœceſes ab hac labe immunes, non tamen propterea eas a cura communi liberas eſſe cenſuit, quod ſint unius omnes provinciæ & corporis membra, quæ debeant ſecundum Apoſtolicam doctrinam pro ſe invicem eſſe ſollicita & ſi quid patiatur membrum unum, ſimul compati, Poteſtatem ſe privatim alloquendi omnibus facere, Cæterum quod Trajectenſes peterent ſibi dari exemplum dictorum, non ſibi videri conſultum, etiamſi extaret eorum exemplum vel ob id, ne ſynodus rapiatur in contentionem pro reformatione quam exequendam ſuſcepit, nec enim præpoſtere ſic certandum, utrum acceptanda ſit reformatio, quæ recepta jam dudum eſt, attamen ſe quidem cum ſuis ita rem habere perſpectam, ut donare hoc votis eorum non dubitet, & quæ pronuntiata ſunt recenti memoria conſcribere, eisque

tradere cum ſuis conferenda atque diſcutienda, ſi id Patribus quoque ſit viſum, ſin autem ad ea potius quorum gratia ſynodus coacta eſt, arbitretur procedendum.

Ad quæ Trajectenſes, videri ſibi negotium hoc Concilium neutiquam remorari, non enim ſe inſtituere diſputationem, ſed velle adnotare quæ nuper dixiſſent, ne videantur Trajectenſis eccleſiæ nullis permotæ rationibus ſcrupulos ſuos ad ſynodi judicium retuliſſe, quibus addere vellent ſuas confutationes, ac tum demum hæc & illa ſynodi judicio ſubmittere, quod ſi hinc metueretur mora, ſibi non diſplicere, ut in gravioribus interim procederetur, iſta ſervarentur ad Concilii finem, ita tamen ut ne diſſolveretur ſynodus ipſis non exauditis, Ut locus fieret patribus libere conſultandi, juſſi ſunt Trajectenſes aliquantisper ſecedere, Tum Leodienſes intentionem Rmi Dñi Leodienſis non eſſe ut formula ab univerſis Eccleſiaſticis Imperii ſtatibus gravi maturaque deliberatione expenſa atque recepta retraheretur ſic in controverſiam, nec ſe habere de hoc mandatum, ſed potius ut de exequutione ejus cogitetur, quam ob rem ſibi non videri conſultum, aperire Trajectenſibus feneſtram diſceptandi poſtquam recepta ſit & publicata reformatio.

Monaſterienſes Osnaburgenſes & Mindenſes Legati Rmũm Dnũm Monaſterienſem habere reformationem ratam gratam, firmam nec vocare eam in dubitationem, proinde ſibi videri non dandum exemplum unde diſceptandi anſa præbeatur.

Abba-

Abbates Prælati & Patres uno ore dixerunt ſibi perſuaſum ea quæ in controverſiam ullis dignis & juſtis rationibus trahi poſſent, omnia Auguſtæ prius eſſe diſcuſſa, nec ſtupidos adeo ſe ducere Cæſaream Majeſtatem & Eccleſiaſticos Imperii ordines ut fructus immaturos parturire, totique Chriſtiano orbi exponere voluerint atque adeo ſupervacaneum fore laborem illum & hominum otioſorum, qua propter ſentirent cum Leodienſibus.

Rmūs Dnūs collectis ſuffragiis in unam ſententiam dictis arbitratus eſt ita cum Trajectenſibus agendum, ne queri poſſent ſe fruſtrari reſpondendi poteſtate & non auditos judicari, proinde cenſuit hanc tragœdiam ad finem Concilii ſuſpendendam ac tum demum ubi exiſtimarent ſibi non eſſe ſatisfactum, poteſtatem eis faciendam, quidlibet petendi, reſpondendi & monendi, quæ ſententia omnibus placuit. Revocati ſunt itaque in locum ſuum & juſſus eſt Provincialis dicere Rmi & Patrum unanimem ſententiam hanc eſſe. Non extrahendum tempus longis altercationibus, quod gravioribus & utilioribus ſynodi negotiis daretur, nec ſe huc conveniſſe ut reformationis formulam denuo examinarent & in dubium vel ad incudem revocarent eam nuper cuſam, formatam, probatam ſatis atque receptam, ſed potius ut de exequutione ejus cogitarent, qua in re ſupervacaneum eſſet diſceptare, quod Grammatici ſolent de literis & ſyllabis, Propterea Rmum Dnūm & Patres Concilii petere ab eis ne velint remoram hanc Concilio injicere

aut

aut ægre ferre, quod Concilium votis eorum in præsens non acquiescat sed finem ejus patienter expectare, restare plurima quæ de reformatione instituenda in Concilio tractentur, si interea dum finis attingitur non fuerit desideriis eorum factum satis poterunt per Patres petere ac monere quidlibet, dandam operam, ut ita eis satisfiat, ne merito de patribus querantur.

Trajectenses respondere, se quidem libenter atque æquanimiter quæ Patres censuissent, accipere, cæterum vereri ne non satisfiat desideriis ecclesiarum, proinde se protestari de diligentia facta & petere hujus documentum e manu Notariorum, quo testatum illis omnibus facere possint, se juxta mandatum Rmi Dñi Trajectensis & Ecclesiarum articulos istos Concilio proposuisse eorumque decisionem petivisse, quæ sit ad finem Concilii rejecta.

Quibus monitis ut rursus secederent Rmus Dnus deliberatione cum delectis suis habita ad Legatos & Patres infit, se non videre causam dignam, cur Protestantibus illis extra ordinem dentur protestationis factæ instrumenta rebus in Concilio pendentibus & nondum trasactis, præsertim ubi acta omnia conscriberentur, ipsis quoque communicanda, quibus testimonii seu instrumenti vice uti possent, ad hæc nihil illis negatum sed petitionem eorum in tempus tantummodo oportunum rejectam, ideo se (ubi cæteris idem sit visum) censere instrumenta ejusmodi non esse in præsens danda,

sed

ſed ubi ad ſynodi finem non putaverint ſibi ſatisfactum, ejusque petant teſtimonia. tum demum non negandum, quicquid exiſtimaverint ſibi neceſſarium fore.

Legati & Patres rogati dicere ſuam quoque ſententiam Rmō prorſus conſenſerunt, revocatis igitur Trajectenſibus Provincialis Carmelitarum ſynodi judicium expoſuit, qui Rmō & ſynodo pro reſponſo benigno gratias egere. Dimiſſusque eſt conventus in diem alterum.

Seſſio Quinta.

Decima quinta Martii die poſt ſacrum matutinum & ſpiritus ſancti invocationem Rmō cum Patribus ad tractationis locum reverſis Rmūs Dnūs juſſit provincialem referre, ſe diebus aliquot jam percepiſſe Rdōrum Comprovincialium Epiſcoporum ſtudia pro exequenda reformatione & quid ſinguli in diœceſibus ſuis ſtatuerint atque ordinarint, quæ ad Concilium iſtud rejecerint, difficultates quas offenderint & quid denique moderandum aut corrigendum quibusdam ſit viſum, nunc tempus eſſe & rem poſtulare, ut quæ cœpta feliciter ſunt, promoveantur cogiteturque conſiliis communibus de viis & mediis quibus non ad momentaneam aut violentam, quæ durare nequeat, ſed ad propenſam facilem & permanſuram reformationis obſervationem perveniatur, quod quidem negotium ipſe cum delectis ſuis animo verſaſſet cenſuiſſetque ſemper ſubitam & violentam curationem tam magno-

gnorum morborum fieri absque convulsione & difficultate non posse, sed rationem investigandam esse qua ecclesiasticus ordo ad reformationem canonicam velut ultro duceretur, quales vias seu media quinque delecti sui concepissent, quæ putaret huc non parum collaturæ Patribusque Concilii datura occasionem, plura ad eam intentionem cogitandi & sua quoque inventionibus istis addendi, hæc posse interea dum causarum auditores sunt intenti inquirendis, audiendis, examinandis & in ordinem colligendis vitiis querelis & gravaminibus, de quibus debeat concilium postea censere, in concilio non inutiliter expendi & tractari, si Patribus operæ pretium videatur.

Responderunt ut ita fiat se maximopere optare, tum Provincialis ille Rdmō innuente cœpit proponere synodo media illa, quorum tria prælectione unica absolvit: De instaurandis litterarum studiis. De ministris ecclesiæ & instituendis examini submittendis & de Officiorum prestitione exigenda, ut erant illa in capita plurima a delectis deducta, rogatique sunt Patres, num placeret de illis primum conferre & tractare priusquam ad reliqua procederetur. Dixerunt se petere conceptorum mediorum exempla, quo possent ea secum prius expendere ac deinde judicium suum dicere.

Annuit Rmūs Præses, ut singulæ Episcoporum legationes suum scriptorem & singula Patrum reliquorum contubernia unum conventu dimisso submitte-

mitterent, qui data per juramentum fide, non revelandi quæ ſcriberentur, ante publicationem, ea exciperent, quibus actis dimiſit Rmus Dnus reliquum Conventum, Legatos vero Epiſcoporum ad Colloquium privatum admiſit.

Hora pomeridiana prima convenere omnium ordinum ſcriptores jurati ad excipienda media illa.

Seſſio Sexta.

Martii decima ſexta Patribus cum Rmo Dno conſueto more poſt Divina conſedentibus Provincialis Carmelitarum ad eum modum quo pridie prælegit, media poſteriora quæ reſtabant. De viſitationibus juxta reformationis formulam peragendis & ſynodis frequenter cogendis, quibus propoſitis oblatus eſt ſynodo libellus D. johannis Gropperi e Scholaſtico S. Gereonis Præpoſiti Bonnenſis de forma alloquendi populum, qua parochi ſimplicis populum alloqui poſſent in ſacramentorum adminiſtratione expendendus & ſynodi authoritate parochis omnibus commendandus.

Patres rogati num liberet conferre de iis quæ heri fuerant propoſita, tempus popoſcerunt ea prius expendendi ad proximam ſeſſionem,

Tum Rmus D. rogavit quid cenſerent Legati de teſtibus ſynodalibus ordinandis? reſponderunt, hos futuros neceſſarios, in poteſtate vero Rmi Dni eſſe ordinare quos vellet fide dignos, Deum timentes & probos viros, qui Diœceſes omnes perluſtra-

ſtrarent & inſpectores eſſent morum eccleſiaſticorum, utrum ordinationes Concilii ſervarentur & comperta Rmæ ſuæ gratiæ renuntiarent.

Dimiſſo conventu mandavit Rmūs Patribus omnibus comparere poſtridie admiſſam majorem Dominicæ *Reminiſcere*, die lunæ vero ad miſſam horæ ſextæ pro more cui nunc aſſue verant, a qua redeundum eſſet ad tractationes, Cœteris digreſſis denuo auditi ſunt Leodienſes Legati privatim.

A prandio rediere ſcriptores ad excipienda media.

Seſſio Septima.

Die Lunæ quæ fuit decima octava Martii poſtridie Dominicæ *Reminiſcere* Patribus ex more cum Rmō Præſide a Divinis peractis conſedentibus, hortabatur ille Legatos & Patres ut ſententiam ſuam de mediis propoſitis libere pro conſcientiæ ſuæ dictamine quisque dicerent, quo tandem aliquando ad felicem efficacem & ſalutarem reformationis exequutionem pertingeremus.

Leodienſes facta commemoratione eorum, quæ habebant ab Epiſcopo ſuo in mandatis ad promovendum ea omnia quæ ad ſalutem reipublicæ Chriſtianæ præcipue hujus provinciæ & Cleri reformationem quam Cæſarea Majeſtas moliretur, poſſent conferre, dixerunt ſe muneris & commiſſionis ſuæ memores propoſita per Rmūm D. Archi Epiſcopum diligenter expendiſſe & imprimis ege-

Digitized by Google

egerunt ei gratias, quod affectu ſuo paterno tam ſedulo atque officioſe pro bono communi omnium laboraſſet, Media vero arbitrabantur ſacris canonicis admodum conformia & ad exequutionem efficacem comparandam plurimum valitura, ſententiam ſuam ubi videretur ipſis additio ſubtractio vel mutatio facienda Concilio prælectam & per rationes explicatam obtulerunt in ſcriptis non voti aut ſuffragii definitivi loco ſed ut pro ſimplici conſilio haberetur, quod Patrum judicio ſubmitterent.

Trajectenſes idem fecere, quod Leodienſes, egere gratias, dixere ſe media propoſita, quantum per temporis brevitatem licuit, ex magna parte expendiſſe, quid ſentirent adnotaſſe, quæ & publice prælecta explicataque exhibuerunt in Concilio non ut haberentur pro ſuffragiis, ſed ut Patrum judicio ſubmitterentur, videbaturque eis addendum Medium ſextum: Reſtitutio & reformatio judiciorum eccleſiaſticorum.

Monaſterienſes hos ſequuti & ipſi egerunt gratias, probarunt labores delectorum, profeſſi ſe recipere quicquid ſynodus de mediis illis decerneret.

Osnaburgenſis quoque & Mindenſis fecit quod Monaſterienſis & præterea quod ad articulos de communione ſub utraque ſpecie & conjugium ſacerdotum attinet, nolebat Rmum D. Archi Epiſcopum & Patres amplius fatigare, ſed ait ſe, cui

jam Cæſareæ Majeſtatis mens explicata eſſet, velle cum Rmo Monaſterienſi pro viribus agere, ut in omnibus reſtituatur, redintegretur ac ſervetur catholica & univerſalis concordia.

Abbatum omnium nomine dixit Werdenſis, videri Patribus rationem habendam eorum quæ Leodienſes & Trajectenſes annotaverant & conciliationem æquitati conſentaneam faciendam, habendam quoque rationem privilegiorum & ſtatutorum quæ religioſi in profeſſione electione aut benedictione ſua juraſſent & moderanda quæ illis adverſari viderentur præſertim de viſitatione, cum ſtatuat reformationis formula, non viſitandos per ordinarium, qui viſitatores proprios haberent.

Decani intraneorum Collegiorum probarunt Media propoſita, petebant tamen in articulo: de ſtudioſis mittendis ad univerſitates declarari, utrum omnes præbendæ fructus etiam diſtributiones quotidianæ dari ſtudioſis an potius certa portio deberet, Item utrum debeat dari etiam eis talis portio, qui majoribus ordinibus non eſſent initiati, quos contingat ſæpius eccleſiaſtica inſtituta poſt educationem deſerere & redire ad ſtatum laicalem, præterea exiſtimabant cauſam non eſſe, ut canonici intraneorum collegiorum mitterentur ad univerſitates exteras, cum ſit in ipſa Metropoli Univerſitas approbata & catholica.

Decani Collegiorum externorum ſententia delectorum probata dixerunt ſe petere moderationem

arti-

articuli de ſtudioſis juxta ſcriptum quod vellent exhibere.

Religioſi omnes per Magiſtrum Priorem Prædicatorum egerunt Rmo & Delectis gratias pro conſultatione religioſa & ad reformationis inſtitutionem utiliſſima, tantum petiverunt ut in examine ordinandorum haberetur diſcretio ſecundum munera quæ eſſent ſubituri & ne gravarentur viſitatoribus qui haberent viſitatores a ſede Apoſtolica ordinatos, nihilominus recipiebant ſe velle conſtitutionibus ſynodi parere.

Decani rurales probarunt a delectis propoſita.

Rmus Præſes cum omnes dixiſſent, ait, ſe cum Gaudio accepiſſe, quod legati & Patres media negotii tam ſalubris præcipua quadam diligentia examinarint, expenderint, ſuasque conſultationes a pietatis & religionis amore non abhorrentes pro animorum ſuorum integritate & candore in medium attulerint, eaque de cauſa hortabatur, ut qui ſolis verbis rem egiſſent, mentem ſuam etiam ſcriptis exhiberent, cauſa collationis, unde judicium rectum ſuum queat, faciendæ.

A prandio Rmus Dnus ea quæ de medio primo Patres conſultaverant, contulit atque expendit cum delectis ſuis quorum accepta ſententia dedit Provinciali Carmelitarum negotium concipiendi conſultorum illorum quandam conciliationem, quæ poſtridie Patribus cenſenda proponeretur.

Sessio Octava.

Decima nona Martii, cum post Divina Rmus Dñus & Patres consedissent, facta est denuo unicuilibet potestas opinionem suam de Mediis in concilium adferendi, Trajectenses itaque ubi pridie desierant orsi in media reliqua sententiam suam, non tamen ut pro suffragio definitivo haberetur, primum dicere, quam deinde scriptam exhibuerunt Concilio dijudicandam.

His succesſerunt Decani rurales qui scriptum quoddam ob Medium tertium exhibuerunt, in quo hoc erat præcipuum, petebant sibi dari consilium, quonam pacto coerceri deberent presbyteri, vice curati & Vicarii inobedientes.

Cum aliorum nemo prodiret jussit Reverendissimus ut proponeretur Conciliatio eorum quæ Patres in consultationibus prioribus vel addenda medio primo: de instauratione studii litterarum vel demenda aut mutanda censuerant, facileque consensit Rmus ut medium sextum esset judiciorum instauratio, seu rectus ecclesiasticæ jurisdictionis usus, quod huc valeret, ut homines perversi, qui non paterentur se consiliis bonis ad meliora adduci, cogerentur metu judiciorum, perinde consensit ad judiciorum reformationem pertinere diminutionem sumptuum judicialium & processuum abbreviationem atque ut faciles appellationes a nullitatibus vel interloquutoriis & decretis diffinitivæ vim non habentibus, prohiberentur.

Cæte-

Cœterum non videbatur hoc medium, de judiciis, integre & ſecundum illas omnes partes poſſe in Concilio tractari, quandoquidem in ſolius Pontificis Romani poteſtate ſit Appellationes ab interloquutoriis & nullitatibus tollere, quo reclamante perperam hic tale quiddam ſtatueretur, ſiquidem quas Concilium prohiberet ac tolleret ſummus Pontifex concederet proſequendas & cum appellandi poteſtatem jus commune unicuique concedat, jure ſuo vellet, qui ſe exiſtimaret gravatum, uti. Cœterum minuere impenſas & breviare proceſſus valde conſultum cenſebat, in quam rationem conceptam reformationem quandam anno 35. & in Concilio Provinciali. 36. approbatam, ajebat ſe in diœceſi ſua exequi & officiales curiæ ſuæ omnes ad eam adſtringere velle, quod ſuum exemplum ùt ſequerentur comprovinciales Epiſcopi monebat ac hortabatur, ut, qui abuſum cognoſcerent, ingenueque faterentur, eum quoque tollerent ac emendarent, ſi non plane juxta illud præſcriptum, ſaltem ad ejus exemplum & imaginem.

Quæ omnia totamque conciliationem dictorum a Patribus in primum Medium mandante Rmō Dño recitavit & prælegit Provincialis in Concilio usque ad locum illum ubi de reformanda Univerſitate Colonienſi agitur, viſum enim Patribus erat, ne quid adverſus eos qui præbendas univerſitatis haberent, onere legendi obligatas, durius ſtatueretur a Concilio, eis, quorum intereſſet, non prius vocatis & auditis.

Juſſit itaque Rmūs ſignificare Rectori & Decanis quatuor facultatum eisque qui præbendas primæ gratiæ haberent, votum Concilii ne gravarentur poſtridie ad conſuetam ſeſſionis horam comparere.

Cenſuit quoque Rmūs petentibus Patribus Conciliationis exemplum communicandum, ad discutiendum ea quæ videbantur conciliata, ne nullis recte & cum ratione dictis ſuffragiis non ſatisfecerit, itaque Patribus dimiſſis, locus a prandio factus eſt Scriptoribus excipiendi.

Seſſio Nona.

Vigeſima Martii cum Rmūs Dñus Archi Epiſcopus & Patres pro more poſt Divina conſediſſent, nunciatum eſt Dnūm Rectorem Univerſitatis cum Decanis IV. facultatum & Canonicis primæ gratiæ undecim Collegiorum accerſitis adeſſe, quos intromittere in Concilium placuit, ubi ob Apoſtolicæ ſedis reverentiam Rectori ſedes poſita eſt in medio Concilii loco e regione Rmi Dñi Archi Epiſcopi, cæteris a tergo ejus ſtantibus. Propoſitaque eſt eis cauſa ob quam accerſiti erant in hanc ſententiam, Rmūm Dnūm Archi Epiſcopum Principem Electorem &c. cum toto provinciali Concilio in eo totos eſſe, ut reformationem a Cæſarea Majeſtate Eccleſiaſticis Imperii ſtatibus Auguſtæ propoſitam & ab univerſis ſtatus illius ordinibus receptam exequerentur, id quod Cæſarea Maje-

Majeſtas a Rmō & Epiſcopis omnibus ſerio & inſtanter requireret, contineret autem reformatio illa caput de reformandis Univerſitatibus & Scholis, ad quem locum nunc perveniſſent, nec progredi poſſent aut aliquid ſtatuere eis quos negotium illud contingeret, non vocatis.

Interim in reformationis formula ſub titulo de Officio Decani & Canonicorum §. *Quo vero doctis* conſtitui, ut ſingula Collegia quarumcunque diœceſium mitterent juniores bonæ ſpei Canonicos ad ſtudium Theologicum in Catholica & probata Univerſitate, diſponere autem ut ad hanc univerſitatem ulli mittantur utiliter & ſecundum reformationis mentem non poſſent, niſi Lectiones in Theologia vigeant atque inſtaurentur. Ad hæc petere Decanos Collegiorum intraneorum ne cogantur ſuos mittere extra ipſam Metropolim ad ſtudium Theologiæ, quod hic vigere debeat, quibus eadem de cauſa annuere Concilium non poſſet.

Proinde Rmūs Dñus & Patres Concilii duxiſſent Magnificum quidem D. Rectorem & Decanos adhortandos, ut de inſtauratione Univerſitatis juxta Cæſareæ Majeſtatis intentionem ſint ſolliciti, eos vero qui præbendas habent gratiæ primæ ad onus legendi extra controverſiam obligatas, requirendos ut muneri ſuo ſatisfaciant, alioqui ſe cogitaturos de remediis oportunis & negligentiam

pro sui excusatione ad Cæsaream Majestatem perlaturos & ut respondeant, quid sint facturi.

Ilico D. Rector *Petrus Halveranus* Theologus gratias egit Rmõ & Concilii Patribus ob sanctam hanc & necessariam solicitudinem, quam pro universitate reformanda sumpsissent quam ne deponere vellent, orabat petebatque sibi & suis dari temporis pauxillum ad deliberandum.

Interea lecti sunt in Concilio supplices aliquot libelli donec D. Rector cum suis reversi in Concilium responderunt, se provisoribus universitatis, quorum interesset, in consultis non posse ad proposita dicere aut aliquid certi polliceri peterent ideirco sibi dari tempus ad illos consultandos, vellent cum eis agere diligenter omnia, quæ in universitatis reformationem viderentur pertinere.

Rmũs Dnũs & Patres dilationem petitam benigne concessere, quam tamen ne extrahere vellent in longas moras submonebant, Rector promisit curaturos.

Reditum deinde est ad libellos Concilio oblatos, quibus exponebantur hæreses, abusus, oppressiones, gravamina, illicita connubia, usurpationes non concessæ potestatis mores corrupti, neglectus religionis & ingens recensebatur monachorum & monialium Apostatarum Catalogus.

Cum

Cum plurimi eſſent libelli, arbitrabatur Rmūs Dnūs operæ pretium fore, ut paucis aliquibus e Patribus præſentibus daretur negotium diligenter eos perlegendi, diſcutiendi, omniaque in ſuum genus & ordinem, quo minori negocio de eis judicium ferri poſſet, digerendi atque cenſendi ad eum modum quo facere juſſi erant auditores cauſarum de iis rebus quæ ad ipſos ſecretius perferrentur, ſupremum vero & definitivum judicium eſſet penes Concilii Patres.

Concilium iſtud placuit Patribus & delecti ſunt ad hoc negotii tres viri ex præſentibus, Venerabilis Prior Prædicatorum *Tilmannus Sigebergh* profeſſor Theologiæ & inquiſitor Apoſtolicus, D. *Hermannus Blanckefort* in Theologia Licentiatus Paſtor *S. Columbæ* Inquiſitor Ordinarius & D. *Henricus Vullinck* jurisperitus Decanus in *Keyſerswerde*.

Poſtea locus factus eſt Patribus dicendi ſententiam in Conciliationem medii prioris pridie lectam eisque communicatam, quod de integro fecere Leodienſes & Trajectenſes, qui per ſingula capita verba ponderarunt & ſententias, easque probarunt paucis tamen locis monuerunt ſententia retenta cautiones addere, quædam etiam vitandæ ambiguitatis cauſa & ne ſcrupulus reſideret, apertius explicare, quibus ordine cæterorum omnium ſuffragia acceſſere, recepitque Rmūs Præſes ſe daturum ſuis negotium, decreta ſeu Canones juxta ſententias dictas concipiendi, quos & ipſos conſtituiſſet Patribus, priusquam ederentur, diſcutiendos, propo-

nere atque ita dimiſſos juſſit poſtridie hora qua conſueſſent reverti.

Seſſio Decima.

Vigeſima prima Martii Patribus in locum tractationis reverſis Reverendiſſimus Dnūs Archi Epiſcopus abſoluto Medio priore cupiebat in cœteris quoque conſenſum & progreſſum ſimilem, qua propter juſſit ut proponeretur Patribus Conciliatio, qua facta collatione eorum quæ Patres in Concilio dixerant annotaverantque & congeſſerant ex ejus arbitrio delecti, juſſa perfecit Provincialis Carmelitarum expedivitque Medium ſecundum: De examine Miniſtrorum eccleſiæ & inſtituendorum, Cum vero Medium tertium: De Officiorum perfunctione adduxiſſet ad locum de pluralitate beneficiorum coërcenda petentibus Patribus exempla ad deliberandum & diſcutiendum, juſſi ſunt exceptores ad horam primam pomeridianam redire, Patres vero poſtridie, tempore quo conſueverant, & conventus eſt dimiſſus.

Porro Decani quidam rurales ſupplicarunt Rmō Dño, ut propter inſtans feſtum Annuntiationis Mariæ liceret eis ad eccleſias ſuas redire & poſt feſtum reverti, quod non haberent vicarios qui ſufficerent Divinis peragendis, quos miſit Rmūs Dnūs ad Cancellarium, qui diem reditus eis ſtatueret.

Seſſio

Digitized by Google

Seſſio Undecima.

Vigeſima ſecunda Martii ſedentibus cum Rmõ Concilii Præſide Patribus ſynodalibus D. Rector Univerſitatis cum Decanis IV. facultatum & Canonicis qui gratiæ primæ beneficia ſortiti ſunt intromiſſus eſt in Concilium, ubi cum ſediſſet, retulit, ſe negotium reformandæ Univerſitatis & requiſitionem nudius tertius in Concilio factam propoſuiſſe Dñis Proviſoribus Univerſitatis quibus conſultis, cum ijs quorum intererat viſum omnibus fuiſſe negotium iſtud inſtaurandæ Univerſitatis pertinere, non ad eos modo, qui primæ gratiæ præbendas obtinent, verum etiam ad eos, qui obtinent præbendas gratiæ ſecundæ, quod vero ad ſe attineat, offerrent ij qui præbendis primæ gratiæ fruuntur ſe omnes, ad onera Bullis Apoſtolicis expreſſa, modo requirantur ab eis, quibus hoc a ſede Apoſtolica commiſſum eſt, quatenus ad ea teneantur & obligentur, ne quid ſua culpa videatur prætermiſſum, quod ad utilitatem & profectum univerſitatis conferat.

Cæterum cuperent ut ad eundem modum etiam illi qui præbendas ſecundæ gratiæ obtinent, quatenus teneantur & obligentur juxta Bullas Apoſtolicas onera paria ſubirent, quibus feliciter ſuccedentibus ſperarent univerſitati abunde ſatis conſultum fore; Rectore cum Decanis & Canonicis illis digreſſis Rmõ Dño mandante, ubi heri deſitum erat cœpit Provincialis pergere, propoſuitque reliquum Conciliationis quod de Medio tertio reſtabat

bat, ſed & ea quæ de Medio quarto & quinto Patres dixerant ſententiis omnium prius per Rmũm Dnũm & delectos collatis & expenſis, ad eundem modum conciliata abſolvit, quibus peractis cum undecima inſonuiſſet, diſceſſum eſt & juſſi ſunt Patres ad horam ſecundam a meridie adeſſe, ſcriptoribus vero datus eſt in diverſo domus illius triclinio ad excipiendas conciliationes locus.

Seſſionis Undecimæ Continuatio.

Hora ſecunda pomeridiana Leodienſes gratiis dictis Rmõ, qui ad negotia religionis promovenda non gravaretur tantos ſubire labores, dixerunt ſe diligenter Medii ſecundi & tertii conciliationem, quousque heri fuiſſet producta expendiſſe, eamque offendiſſe ad efficacem reformationis exequutionem conſtituendam accommodatiſſimam, itaque articulos illos omnes percurrerunt & ſingulis calculos ſuos adjecerunt, paucis quibusdam optabant pœnas adjici convenientes, & ut ſententia retenta res alicubi, ita ne relinqueretur ſcrupulus, explicaretur.

Trajectenſes ad eundem modum egerunt gratias pro tantis quos ſubiret Rmũs Dnũs laboribus, probabant conciliationem & ubi eis viſa eſſent quædam poſſe diſertius explicari, ea vellent ſcripto notare atque exhibere.

Monaſterienſes Osnaburgenſes & Mindenſes Legati gratiis actis conciliationem Rmi Epiſcopi ſui nomine ſe ajebant recipere.

Ab-

Abbates egerunt gratias quod Rmûs D. Archi Epiſcopus non modo gratiſſima ſua præſentia per omne iſtud tempus Concilium ornarit, verum etiam negotiorum undis omnibus ſepoſitis cuilibet ſe facilem præbuiſſet audiviſſet querelas & gravamina conſuluiſſet in medium & ſuffragia quorumlibet patienter ac cupide audiſſet neminique non clementer ac benigne reſpondiſſet.

Decani tam intranei quam extranei Religioſi Patres & Decani rurales totusque conſeſſus unis animis probarunt ac receperunt quæ erant conciliata.

Subjecit Rmûs Dnûs ſe animo perquam grato accepiſſe Patrum omnium judicia, quibus non aliud quam Chriſti gloriam Eccleſiæ ædificationem & vitiorum extirpationem, quantum ipſe mentem eorum aſſequi poſſet, quærere viderentur, & quo tandem propius ad finem optatum accederetur, ſe velle dare ſuis negotium, Decreta ſynodalia ſecundum dictata concipiendi, conciliique judicio proponendi. Deinde lectæ ſunt querelæ Rdi & Illuſtriſſimi D. Præpoſiti Archidiaconi Eccleſiæ Metropolitanæ adverſus paſtores intruſos & jurisdictionis ſuæ temeratores, Abbatum item in *Bruwyler* & *Graffchapp* adverſus ejusdem religionis reliquos Abbates. Ad hæc libelli ſupplices Collegii *S. Gereonis* & Decani ruralis *Sigebergenſis*. Dimiſſusque eſt conventus in diem ſequentem.

Seſſio

Digitized by Google

Seſſio Duodecima.

Vigeſima tertia Martii Patribus ſedentibus Rmūs Dnūs fecit poteſtatem legatis & Patribus dicendi ſententias ſuas in conciliationem reſiduam eorum, quæ pridem in Concilio ijdem varie dixerant, de noviſſima tertii Medii parte, ubi de coërcenda pluralitate beneficiorum agitur, de quarto item medio, quod agit, de Viſitatione & de Medio quinto, quod de ſynodis ſtatuit.

Leodienſes probarunt conciliationem & ſingulis capitibus ordine recitatis ſuos calculos appoſuerunt, uno tamen loco animadverterant ordinem fuiſſe transverſum & locis aliis duobus, explicationis gratia verbulum unum adjecerunt, egeruntque Rmō Dño gratias.

Trajectenſes quoque carptis ordine capitibus omnibus & probatis in ſingulos dixere, placet, tantum ſuſtulerunt voculam *præſertim* ubi dicitur de refrænanda pluralitate beneficiorum præſertim curam animarum habentium & alibi explicationis gratia unum aut alterum verbulum addiderunt, poſtremo egerunt & ipſi Rmō Dño gratias.

Monaſterienſes, Osnaburgenſes & Mindenſes Legati Abbates quoque & Decani & quotquot Patres Synodales aderant, iverunt cum Legatis illis in eandem ſententiam & gratias dicebant ſe Rmō Dño habere.

Viciſſim

Viciſſim Rmūs Dnūs Præſes egit Legatis & Patribus omnibus gratias, quod ſe Conciliationi huic Mediorum accommodarunt, & quod nunc reſtet, ut ex iſtis quoque Conciliationibus decreta conſcribantur, ait ſe Delectis velle committere, eademque judicio ſynodi proponere, Quod autem rurales quidam Decani prætenderent ſe habere in ſuis regiunculis plenam jurisdictionem & inſtituendi authoritatem, juſſit Rmūs Dnūs ut prodirent illi & jūra ſua exhiberent cognoſcenda, ſiquidem quæ ex privilegio ſpeciali vel conſuetudine præſcripta alicui competerent, hæc ſe non velle infringere ait. Nemine prodeunte ſignificavit Decanus Noveſianus, eos qui illa nuper propoſuiſſent, facultate obtenta rediiſſe ad parochias præfixo tamen die redituros.

Dimiſit itaque Rmūs Conventum & mandavit ut Patres omnes Die Dominica *Oculi* & in feſto Annuntiationis Mariæ compararent cum Rmō in Choro ſub ſacro ſolemni.

Vigeſima quarta Martii ob diem Dominicam non eſt habita tractatio.

Vigeſima quinta Martii ſimiliter non eſt tractatio habita propter diem feſtum *Annuntiationis* Beatiſſimæ Virginis *Mariæ*.

Seſſio

Seſſio Tertia Decima.

Viceſima ſexta Martii finito matutinali ſacro redierunt Patres cum Rmō ad conſuetum tractationis locum, ubi primum Rmō Dnō mandante propoſita eſt Patribus pars bona Decretorum concepta a Delectis poſt expenſam communiterque probatam conciliationem illam ſententiarum quam quidem Patres de mediis dixerant, donec perveniretur ad locum ubi ſtatuitur, de reformanda Univerſitate Colonienſi, quem præterire non conveniebat, idcirco delecti reliquerant ſpatium inter decreta vacuum donec audirent quid decernendum Patres cenſerent de Canonicis poſſidentibus beneficia cum annexo legendi onere & neque legerent, neque legentem pro ſe alium conducerent, habebatur quidem obedientia eorum qui beneficiis fruebantur gratiæ primæ, *) ii enim ſe muneri ſatisfactu-

*) *Beneficia gratiæ primæ* numerantur undecim ad numerum Eccleſiarum Collegiatarum. Extat ſi quidem præbenda una gratiæ primæ:

I. In Eccleſia Metropolitana.
II. In Collegiata S. Gereonis.
III. — — — S. Severini.
IV. — — — S. Cuniberti.
V. — — — S. Andreæ.
VI. — — — SS. Apoſtolorum.
VII. — — — B. M. V. ad Gradus.
VIII. — — — S. Georgii.
IX. — — — B. M. V. in Capitolio.
X. — — — S. Urſulæ.
XI. — — — S. Ceciliæ.

Dieun-

Digitized by Google

facturos pollicebantur, modo requirerentur ab eis, quibus facultas requirendi a sede Apostolica indul-

Dicuntur autem *gratiæ primæ beneficia*, cum eadem Generali studio Colonienſi tanquam profundo primario fuerint assignata, ut videre est ex Indulto *Bonifacii IX.* anno MCCCXCIV. die decima sexta Septembris dato, quod hæc inter alia: „ fane dudum felicis rec: *Urbanus* PP. *VI.* predecessor noster authoritate Apostolica statuit ac etiam ordinavit & concessit, quod in civitate Colonienſi de cetero esset literarum studium generale in qualibet licita facultate, ipsumque studium ac Doctores, Magistros aliosque graduatos, nec non Scholares & ministros pro tempore degentes ibidem diversis privilegiis & indulgentiis decoravit, prout in Apostolicis literis inde confectis plenius continetur; cum autem, sicut accepimus, Deo, a quo utpote patre luminum omne datum optimum & omne bonum perfectum descendit, ac in dilectos diffunditur, operante, studium hujusmodi ab ipso ejus principio continue tam Doctoribus ac Magistris & aliis graduatis, quam etiam Scholaribus multipliciter sit adauctum & indies augeatur, Nos, ut studium predictum eo semper de bono in melius suscipiat incrementum, quo major numerus ibidem fuerit Regentium in facultatibus suis & ut iidem Regentes eo promptius ad hujusmodi laudabile exercitium excitentur, quo ex hoc pro expensarum incumbentium supportandis oneribus sibi senserint

indulta eſt, hoc eſt a proviſoribus univerſitatis, de quo poterat fieri conſtitutio ſeu decretum, cæterum

poſſe liberalius provideri, in nomine Domini, ſine quo nullum rite fundatur initium ad Commodum eccleſie univerſalis & ad decorem ſtudii memorati hac perpetua & irrefragabili conſtitutione Authoritate Apoſtolica tenore preſentium ſtatuimus & etiam ordinamus, quod unus cum una ſacerdotali in *Majori* & unus cum una etiam ſacerdotali in *Sancti Gereonis* & unus Canonicatus cum una prebenda, in qualibet ex Collegiatis eccleſiis civitatis predicte, in quibus quidem Eccleſiis certus Canonicorum numerus habetur ac diſtinctio prebendarum, quos, poſtquam preſentes litere in eodem ſtudio fuerint publicate, ex tunc qualitercunque tam hac extra Romanam curiam, quam ſucceſſive alia qualibet vice perceſſum vel deceſſum ſeu privationem aut aliam quamvis dimiſſionem illos pro tempore obtinentium vacare contigerit, ſinguli videlicet Canonicatus & prebende hujusmodi cum plenitudine juris Canonici ac omnibus juribus & pertinentiis ſuis ſingulis perſonis idoneis, que tamen in ſacra pagina aut medicina vel artibus ſeu aliquibus ex iis magiſtre aut in Canonico ſive civili juribus vel utroque Doctrices fuerint & quas Rector & proviſores dicti ſtudii pro tempore exiſtentes ad hoc duxerint nominandas. . . Apoſtolica authoritate conferantur & de illis etiam provideatur eisdem &c. &c.

In

terum iidem cupiebant ut & illis qui gratia secunda, **) fruerentur onus idem imponeretur,

In Bulla sic dicta affixionis præbendarum primæ gratiæ An. MDCXCVIII. die 29. novembris data Innocentius XII. PP. undecim præbendas IV. facultatibus sic assignat. „ ut facultati Theologicæ „ sive illius Professoribus tres Canonicatus & totidem præbendæ hujusmodi, unus nimirum & „ una in *S. Gereonis* pro Lectore Controversiarum, „ alter & altera in *S. Andreæ* pro Lectore sacræ „ scripturæ, tertius & tertia in *S. Mariæ ad gradus* nuncupatæ pro Lectore Theologiæ Moralis. „ Facultati juris Canonici & Legum Civilium quinque Canonicatus & totidem præbendæ similes, „ nempe unus & una in *Metropolitana*, alter & „ altera in *S. Cuniberti*, tertius & tertia in S. „ *Georgii* pro Professoribus juris Canonici, quartus & quarta in SS. *Apostolorum*, quintus & „ quinta in *S. Severini* pro professoribus legum „ civilium. Facultati vero artium duo itidem canonicatus & totidem præbendæ in S. *Ursulæ & Cæciliæ* respective ecclesiis assignentur, ita ut „ unus & una ex illis professori ex Collegio Laurentiano, alter & altera professori ex collegio „ Montano respective nuncupatis conferantur. Facultati demum Medicæ unus tantum Canonicatus & una præbenda in Ecclesia *S. Mariæ in Capitolio* nuncupata attribuantur.

**) Beneficia gratiæ secundæ accessere præbendis gratiæ primæ per Bullam Eugenii IV. PP. Anno MCCCC.

a quibus nihil adhuc auditum erat; Exhibitum igitur est tandem exemplum Apostolicæ Bullæ de Concessione præbendarum secundæ gratiæ cum eodem legendi onere quo primæ, quam ob rem censuerunt

MCCCCXXXVII. quinto idus junii *Bononiæ* datam, qua statuitur, „ quod etiam unus Majoris „ & alius S. *Gereonis* ac alius beatæ *Mariæ in Ca-* „ *pitolio* Colonienſi, in quibus aliquæ presbyte- „ rales & quædam aliæ præbendæ sunt, cum sin- „ gulis ex presbiteralibus hujusmodi, nec non ali- „ us in qualibet aliarum ecclesiarum Collegiata- „ rum earundem cum totidem inibi præbendis Ca- „ nonicatus, quos, posquam litteræ præsentes, „ publicatæ fuerint, quovismodo vacare contige- „ rit, pro illis, qui ipso studio Theologiam sive „ jus Canonicum de cætero legerint, conservato- „ rum Universitatis pro tempore deputatorum & „ cujuslibet eorum donationi in perpetuum reser- „ vati sint.

An. MCCCCLI. nono Calendas junii *Nicolaus V.* PP. priora non tantum confirmavit, sed & iisdem plura superaddidit, prout etiam Anno MCCCCLIII. quoad Collationem præbendarum, id quod necessarium videbatur, ordinavit.

Ut præfata omnia paucis complectamur verbis: Indultum *Bonifacii* erat prima Gratia neo-Universitati Colonienſi concessa, Indultum autem *Eugenii* erat gratia secunda, & inde dicuntur præbendæ primæ & secundæ gratiæ.

Digitized by Google

fuerunt Reverendiſſimus Dnüs & Patres ut eadem proponerentur & his quæ fuerunt illis propoſita, ſed quoniam ordinarii collatores ſecundarum ſunt capitula ut hactenus capitulorum interſit aliquid ea de re decernere, mandavit Rmüs ut Decani & Abbatiſſæ Collegiorum capitula indicerent & eos qui ſecundas obtinerent requirerent, ad idem legendi onus, juxta tenorem Bullæ Apoſtolicæ ſubeundum & quodcunque reſponderent, nunciaretur poſtridie concilio ad horam ſecundam vel tertiam pomeridianam. Quibus dimiſſus eſt conventus & exceptoribus decretorum dicta hora prima a prandio.

Seſſio Quarta Decima.

Vigeſima ſeptima Martii Patribus pro conſuetudine ſedentibus mandante Rmõ D. Præſide concepta Medii ſecundi & tertii decreta Concilio propoſita ſunt, non tamen rogatæ ſententiæ, donec ea excepta Patres ſecum prius expendiſſent, deinde lecti ſunt aliquot libelli, inter quos erat defenſio Abbatum *S. Benedicti* adverſus querelas Abbatum in *Bruwiler* & *Graffchapp.*

Cum hactenus tam multis in Concilium allatis libellis Dñus noſter Rmüs non absque ratione vereretur, ne querelarum delationum, accuſationum, defenſionum & omnis generis gravaminum multitudo in concilium allata ſed præcipue ad auditores ſecretarum delationum, quarum nulla adhuc expenſa erat, moram longam injiceret ſyno-

do, ait sibi videri Concilium ab iis non melius expedire posse, quam si Darent Episcoporum quorumque Legati & Patres quoque Diœcesani e suis viros aliquot doctos & pios, qui res delatas sive in Concilium sive ad auditores causarum secretarum simul extra tempus quod negotiis synodalibus daretur, expenderent, censerentque pro conscientiæ suæ judicio, ad sternendam hoc pacto concilio viam, res varias discernendi, multasque tanto facilius nimirum censura unica dijudicandi, placuit Legatis & Patribus propositio & designarunt ad hæc negotia Clarissimos, eosdemque non minus eruditos viros.

Ex legatis.

D. *Joannem Huetium* Officialem Leodiensem.

D. *Hermannum Gondanum* Theologum Decanum *S. Mariæ* Traject.

D. *Johannem Koch* sigilliferum Monasterienſem.

Ex Abbatibus D. *Hermannum* Werdensem.

Ex Decanis D. *Hieronymum* Decanum *S. Andreæ* & D. *Fridericum Vullinck* Decanum in *Keyserswerda*.

Ex Religiosis D. *Tilmannum à Siggenberg* Priorem Prædicatorum.

Ex Decanis ruralibus D. *Johannem Westerholt* Decanum Novesiensem.

E de-

E delectis Rñi Dñi. D. *Hermannum Blanckefurt* Paſtorem *S. Columbæ* & D. *Sebaſtianum Novimolam* paſtorem *S. Pauli* utrosque ſacræ Theologiæ Licentiatos, quibus committebatur ut ad horam ſecundam pomeridianam quotidie convenirent & negotio Commiſſo ſedulo incumberent, perferrentque ad ſynodum tam cauſas quam ſua dictamina, Decanis vero Collegiorum intraneorum, ut reſponſa poſſidentium ſecundas gratias in proxima ſeſſione referrent; Cauſam unam cenſuit Rmūs Dñus publice in toto conſeſſu diſcutiendam & dijudicandam, propterea quod atrox eſſet & unum e ſynodalibus concerneret; Intromiſſi ſunt igitur Actor, tabellarius publicus *Johannes Roperti* D. *Mathias Zuchenheim* Decanus juliacenſis; Actor graviter querebatur &c. &c.

Seſſio Quinta decima.

Vigeſima octava Martii Rmō Dno & Patribus conſedentibus concepta decreta ad finem usque perlecta ſunt, quibus abſolutis hortabatur Rmūs Dñus ut Legati & Patres ea prudenter ſecum expenderent, dicerentque in ſeſſione proxima ſuper iis decretis quæ pridie & nudius tertius transſumpſerant, ſua judicia, iſta vero transſumi ſeu excipi a prandio curarent.

Tum Decanus S. *Severini* mentione præbendarum univerſitatis facta retulit Collegia mandatis Rñi paruiſſe, indixiſſe Capitula, eis qui præben-

Digitized by Google

das gratiæ ſecundæ haberent, propoſuiſſe negotium, qui gravamina pleraque obtendiſſent, atque primum Capitulo Metropolitano, cum quo haberent negotium iſtud commune, expoſuiſſent, conſiliumque petiviſſent, quod tamen nondum accepiſſent, hanc cauſam eſſe, quare non potuerint ad dictum eis tempus comparere atque reſpondere, at Reverendiſſimus ut maturarent, nec longius ſynodum ſuſpenderent, juſſit renuntiare, dimiſſo itaque conventu tempus pomeridianum ut pridie datum eſt Dominis delectis ad cauſas.

Seſſio Decima Sexta.

Vigeſima nona Martii peractis Divinis & Patribus de more ſedentibus Rmō Dnō ſubmonente Provincialis Carmelitarum allocutus eſt Patres in hanc ſententiam, Rmūm Dnūm Archi Epiſcopum primum propoſuiſſe Patribus media, quibus ad efficacem & duraturam reformationis exequutionem conſtituendam videretur Concilium poſſe pertingere, quæ cum Concilio placuiſſent & ideo eis formandis ac poliendis dixiſſent ſuas quisque ſententias liberas, juſſiſſet eas conciliare, ut ubi diſcordia eſſet, ejus retineretur ſententia, qui viſus erat rectius dixiſſe, quam conciliationem quoque eis propoſuiſſet cenſendam ac tandem placitis omnium acceptis conſcribi ac concipi decreta ipſis ad deliberandum propoſita atque in ſcriptis communicata, nunc expectaret eorum ſuper iſtis judicia, quæ peteret, ut affectibus ſepoſitis Deum & Eccleſiæ

ſalu-

Digitized by Google

ſalutem ſibi præfigentes libera dare vellent, ſe nemini præjudicare voluiſſe, paratiorem ad audienda aliorum ex ratione & conſcientia recta dicta ſuffragia quam ut ſua cuiquam obtruderet.

Tum Leodienſes gratias egerunt Rmō Dño, cum quod negotium iſtud tam pium & ſanctum in ſe ſuſcipere atque eo loci, quo nunc adductum eſt, promovere non eſt gravatus, tum quod dignatus eſt omnium ſuffragia & vota clementer toties audire, quod ad decreta attinet, hæc cenſerent ſacris canonibus conſentanea quibus nihil utilius ad reformationis exequutionem parandam tradi aut ſanciri poſſit, vellent tamen pro libertate dicendi, quam ipſis faceret, pauca quædam ingenua ſuggerere, quæ addi aut clarius viderentur ſibi quidem dici poſſe, attamen ea ipſa quoque Rmi Dni judicio ſubmitterent.

Trajectenſes idem & dixere & fecere quod Leodienſes.

Monaſterienſes Osnaburgenſes & Mindenſes gratiis actis decreta receperunt.

Abbates & Decani intranei idem fecere, extranei vero petiverunt ut in decretis de ſtudioſis Canonicis ad Univerſitates mittendis & alendo Theologo, haberetur ratio pauperum collegiorum, quædam enim tam tenues haberent proventus, qui vix canonicis ipſis ſufficerent alendis, tantum abeſſet, ut Theologum, perſonam ſupernu-

merariam alere poſſent, & perſonas tam paucas, ut ſtudioſis abſentibus præſentes eccleſiarum miniſterio neceſſario non ſufficerent, quibus reſponſum eſt, paucitati quidem conſuli ſubſtitutione Vicarii in abſentis locum, ne eccleſiæ miniſteriis debitis fraudentur, alendo vero Theologo poſſe unire vicarias & proventus miniſteriorum non adeo neceſſariorum de quibus in viſitatione, ubi opus eſſet, diſponeretur.

Religioſi intranei decretis comprobatis cenſebant præbendas univerſitatis non melius poſſe locari quam ſi conferrentur duntaxat Theologis propterea quod reliquæ ſcientiæ præcipue juris & Medicinarum valerent ad queſtum faciendum & eſſent, quod dici ſolet, de pane lucrando, plerumque etiam profeſſores earum ducerent uxores, ſola jejunaret Theologia omnium maxime in Eccleſia neceſſaria.

Religioſi extranei & Decani rurales placere ſibi decreta dixerunt.

Auditis ſuffragiis Rmûs Dnûs Præſes intulit nihil admodum motum quod mutaſſe in decretis magnopere ſuo judicio referat, ſe tamen daturum operam, ut ante evulgationem, ubi fieri poſſit, ejuscemodi ſupponantur locis aliquot verba quæ toti provinciæ & non uni aut alteri tantum diœceſi conveniant. Eis qui cenſebant Epiſcopi nomen expungendum, ubi taxatur Epiſcoporum negligentia & in genere nomen Prælatorum ſupponendum, vide-

Digitized by Google

videlicet, ne videantur Episcopi carpi, non acquievit, confessus nimium vere Episcopos fuisse hactenus negligentes. Rogantibus aliis, num Prælati, pastores & ad curam animarum antehac absque examine instituti, sint ad examen revocandi, respondit, absque magna perturbatione fieri id non posse, sufficeret in re inusitata, visitatoribus committere negotium, ut sicubi offendant institutos ineptos, jubeant ministerium per vicarium idoneum obire, quæ sententia Patribus placuit.

Delecti quoque ad libellos supplices & causas, judicia quædam sua offerebant, cæterum meridies erat, iccirco hortabatur Rmus Dnus delectos, ut a prandio pergerent & de reliquis quoque tractarent, dimissusque est conventus in diem sequentem.

Sessio decima septima.

Trigesima Martii exposuit Rmus Dnus Concilio se nunc animum ad decernendum de publicis & secretis delationibus allatis in synodum appulisse, eaque de causa perlegisset atque expendisset cum delectis suis censuras seu dicta Dnorum ad causas illas a Concilio delectorum sibi heri oblata, in quibus offendisset quædam ad judicium suum esse rejecta, alia difficultatibus involuta, quæ longiorem requirerent deliberationem, quare statuisset tractationem istam differre in aliam sessionem, Nunc audiri posse gravamina ob quæ Canonici gratiæ secundæ putarent se non adigendos ad onus legendi,

gendi, ſtatimque ea Decanus S. Severini exhibuit & ſunt primum in Concilio lecta, mandavitque Rmūs Dnūs ut ſi qui inter ſynodales haberent tales præbendas, pauliſper ſecederent, facerentque conſultationi libere locum, quod & factum eſt, Videbantur Patribus articuli poſtulare diſcuſſionem & deliberationem, proinde placuit, ut ſcriptores, qui ad manum aderant, exciperent eos continuo in loco & Patribus ad hoſpitia transmitterent, qui ad horam tertiam pomeridianam reverterentur & de negotio conferrent.

Seſſionis decimæ ſeptimæ continuatio.

Reverſis ad horam conſtitutam Patribus juſſit Rmūs D. primum dicere Leodienſes, qui multis & variis argumentationibus gravamina illa in partem utramque controverterunt & propter difficultates, quarum non patebat eorum judicio facilis exitus, dederunt conſilium, ut negotium tribus aut quatuor viris doctis committeretur qui gravamina propoſita examinarent, diſcuterent & de cauſa ſufficienter inſtructi primo concordiam amicabilem tentarent, qua non ſuccedente juxta æquitatem decernerent.

Trajectenſes quoque non paucioribus argumentationibus de rei difficultate diſſeruerunt, ac tandem quod ſuaſerant Leodienſes, hortabantur & ipſi, ut fieret.

Porro

Porro quod ad Canonicos gratiæ primæ attinet, videbatur eis consultum, ut si provisores posthac in requirendo agerent negligentius Rmō Dño aut commissariis ejus impetraretur a summo Pontifice facultas eorum negligentiam supplendi & canonicos illos ad legendum sub pœnis eisdem quibus possunt provisores, requirendi, quod ipsum arbitrabantur summum Pontificem facile concessurum.

Reliqui Legati & Patres in eandem sententiam iverunt, Rmūs itaque Dominus cernens sententias omnium spectare eodem consensit & ipse ut darentur commissarii, qui cum secundæ gratiæ Canonicis tractarent & haberent rationem ejus, quod alii plus aliis gravarentur & non ex æquo omnes, ita tamen ut manerent universitati privilegia sua salva, nec remissio siqua fieret, transmitteretur in canonicorum gravatorum successores, quod si conditiones tolerabiles & æquas suscipere recusarent, daretur commissariis potestas negotium via juris decidendi.

Ordinati itaque a toto Concilio fuere viri eruditione, integritate & boni nominis opinione præclari Rdūs D. Abbas S. *Martini*, D. *joannes Gropperus* Præpositus Bonnensis & D. *Petrus a Clappis* LL. Ordinarius adjecta cautione, ut si contingeret eorum aliquem forte aut mori aut impedimento aliquo detineri, potestatem haberet Rmūs Dnūs alium in hujus locum surrogandi.

Cano-

Digitized by Google

Canonicos vero primæ gratiæ, qui varia gravamina non ſuſtinerent, cenſuerunt omnes requirendos Concilii authoritate in vim juramenti & Bullæ Apoſtolicæ, ut ſtatim aut docerent ipſi aut docentes alios pro ſe conducant ſub pœna ſuſpenſionis a fructibus beneficii, licet enim beneficium non amittant, niſi ubi a proviſoribus requiſiti neglexerint perſolvere munus, poſſunt tamen ut muneri ſatisfaciant ſub ſuſpenſionis vel alia qualibet pœna a ſynodo requiri.

Quibus actis recitatæ ſunt cenſuræ quas Domini a Concilio ad cauſas & libellos ſupplices delecti dictaverant.

Rmūs vero Dnūs difficultatibus ſublatis additaque ſententia ſua, ubi ea deſiderabatur, perfecerat adverſus abuſus & vitia ad ſynodi judicium delata, ad ſingulas vero cenſuras rogati ſunt & dixere ſententias ſuas Legati & Patres diœceſani juxta quas datum eſt delectis Rmi Dñi negotium conſcribendi decreta quæ decretis ſuperioribus de Mediis illis adjicerentur, dimiſſusque eſt conventus & juſſi ſunt omnes comparere ad ſacrum ſolenne Dominicæ *Lætare Hieruſalem* & die lunæ redire ad ſacrum matutinum & ſeſſiones conſuetas.

Ultima Martii non habebatur ſeſſio ob diem Dominicam *Lætare Hieruſalem.*

Seſſio

Seſſio Decima Octava.

Prima Aprilis cum reſtaret ejus quod de commiſſariis ſynodalibus in cauſa præbendarum primæ gratiæ inter Patres convenerat, pronuntiatio & canonicorum quorum intererat conſenſus ac ſubmiſſio, priusquam Legati comprovincialium Epiſcoporum & Patres ſynodales intrarent ſenatum clariſſimus D. *Bernhardus ab Hagenn* Metropolitanæ Eccleſiæ Canonicus proteſtabaturque in privato Rmi Dñi Concilio non debere in cauſa canonicorum gratiæ ſecundæ quicquam conſtitui, ſe qui pro tali canonico haberetur & conſiliis aliorum gratiæ illius canonicorum non interfuiſſet nec gravamina ab eis ablata vidiſſet ut addere vel detrahere potuerit, non audito, & niſi Bulla Originalis aut vera copia ejus exhiberetur, dareturque ei deliberandi tempus, Præterea ſibi proviſum a Decano & Capitulo Majoris Eccleſiæ de canonicatu nec factam ſecundæ gratiæ aut onerum ullam mentionem.

Ingreſſis itaque legatis & Patribus Rmûs Dnûs ait, incidiſſe difficultatem ob quam in cauſa Canonicorum ſecundæ gratiæ concludi non poſſet, donec vera Bullæ copia exhiberetur, quod cenſerent curandum, Porro cum ſignificatum fuiſſet Legatos Leodienſes vocatos a quibusdam in jus, decrevit Rmûs Dñus illos debere privilegiis gaudere Legatorum nec impedire. Poſtea juſſit Provincialem recitare decreta pro abuſuum & vitiorum

rum correctione juxta ſententiam omnium Patrum nudius tertius auditam conſcripta quidem & notata, ſed per temporis anguſtiam non ordine digeſta ac prorſus abſoluta, quod ut perficerent delectis ſuis Rmūs Dnūs commiſit.

Deinde hortabatur Legatos ut pro conſtituendo Medio ſexto: de Reformatione judiciorum eccleſiaſticorum perlegerent atque expenderent reformationem curiæ Colonienſis in Concilio Provinciali anno 36. publicatam atque receptam, dicerentque ſi quid addendum tollendum aut mutandum cenſerent absque præjudicio tamen jurisdictionis Archi Epiſcopalis & juſſi ſunt à prandio redire ad conſultationes.

Seſſionis Decimæ Octavæ Continuatio.

Præſentibus Legatis & Patribus ſynodalibus nuntiavit Rmūs Dnūs ſe temporalium ditionum ſuarum negotiis impeditum ſenatui intereſſe non poſſe, Ordinare autem ſuum Vicarium, qui ejus nomine præſideat R. Dnūm Cyrenenſem, quo cum Legatis & Patribus ſedente Provincialis Carmelitarum, quæ a Rmō in mandatis habebat, expoſuit & primo commemoravit ea quæ Rmūs Dnūs deſiderio reſtituendæ jam pene collapſæ univerſitatis & præſertim ſtudii Theologici in Concilio geſſerat, deinde ſubdidit, nunc Rmūm Dnūm expenſa reſponſione Canonicorum primæ gratiæ animadvertiſſe eos innuere ſe hac in parte a jurisdictione

ne

ne ejus ordinaria exemptos, nec facile assumpturos onus legendi, nisi requirantur etiam a Provisoribus Universitatis, quod ne præteriretur, sibi videri decretum illud nuperæ sessionis extendendum etiam ad provisores a Concilio requirendos, ut muneri suo satisfaciant, Canonicosque illos requirant juxta decreti formulam, quod ibidem Provincialis recitavit & est decretis primi médii, cum probatum a Concilio fuisset, insertum.

Addideruntque Legati Trajectenses, instandum apud summum Pontificem ut faciat Rmō potestatem provisoribus negligentibus aut collationis jure abutentibus, non modo requirendi Canonicos illos, verum etiam privandi & aliis beneficium conferendi, nisi pareant, munerique suo satisfaciant, quantumvis enim sint exempti, aut a provisoribus non requirantur, si non fecerint ea ad quæ tenentur, utique ajebant curam aliter in hoc casu providendi ad executores & summum Pontificem devolvi, quæ sententia placuit omnibus ordine interrogatis & si requisitioni synodi se non vellent accommodare, pervicaciam ad summum Pontificem deferendam.

Quod ad Canonicos gratiæ secundæ attinet, ait Rmūm Dnūm statuere velle, postquam fuerit factus certior ab eorum responso, recipiantve an detrectent Commissarios synodales.

Ad poſtremum propoſuit Patrum judicio decretum de Procuratoribus & alia quæ vel deſiderabantur vel mutanda videbantur in prioribus Mediorum illorum decretis, quæ omnia cum legati & Patres probaſſent, dimiſſus eſt conventus ad horam ſecundam diei ſequentis, ut interea decreta ſeu cenſuræ in abuſus & vitia abſolverentur.

Seſſio Decima Nona.

Secunda Aprilis hora pomeridiana ſecunda conſedente Rmõ Dño cum Patribus Canonici gratiæ ſecundæ evocarunt D. Cancellarium rogantes ut dignaretur Conſilio ſuo negotiis eorum adeſſe, qui aſſurgens in Concilio expoſuit Patribus, præbendæ ſuæ conditionem ſibi ignotam, inſpecta eſſe Notariorum Capituli Metropolitani protocolla, collationis quoque & poſſeſſionis inſtrumenta, nusquam fieri gratiæ ſecundæ mentionem ſed Decanum & Capitulum Metropolitanum ei præbendam ordinarie vacantem contuliſſe, eſſent tamen qui contenderent eam eſſe gratiæ ſecundæ, ſed his fidem indubitatam habere non poſſet, proinde illos adire ad promovenda Concilii negotia non gravaretur, modo id patribus videatur conſultum, cæterum non vellet hoc facto confiteri ſuam eſſe gratiæ

tiæ ſecundæ præbendam aut aliquod onus ſubire, niſi prius certo conſtiterit eam talem eſſe, quod ubi probatum fuerit, tum ſe facturum ea omnia quæ facere de jure teneretur, de quo proteſtabatur, innuente Rmō ut paulisper ſecederet, ſeceſſit, conſuluitque Rmūs Dñus Patres.

Leodienſes dicebant arbitrio ejus relinquendum adire eos vel non, cæteris vero gratiæ illius Canonicis dandam optionem, utrum velint conjunctim an potius ſinguli cauſam ſuam agere in Concilio ad exemplum Cancellarii præſertim, cum imparia ſint horum vel illorum gravamina & non conſtituant collegium unum.

Trajectenſes, Monaſterienſes & reliqui omnes idem ſuadebant. Miſſi ſunt igitur ad eos interloquutores Provincialis Carmelitarum, Paſtor *S. Martini* & D. *Petrus a Clappis*, qui ferrent dicta Cancellarii & a Concilio eis propoſitam optionem, quibus acceptis, erant qui non detrectarent cauſam ſingulariter agere, ſed parte maxima renitente, dixerunt ſe præoptare ut pro omnibus loqueretur unus & eſſet omnium reſponſio communis, ita hodie inter eos conveniſſe, & ſunt in Concilium intromiſſi, reſponſuri, reciperent commiſſa-

rios an non, Verum D. Decanus *S. Georgii* commemorata vacationis cauſa reſpondit in hanc ſententiam, recepti juris eſſe eum, qui privilegium, quo uti vellet, alleget, debere hoc ipſum prius in forma authentica producere, hoc peterent Canonici & tempus quoque deliberandi cum Capitulis quorum non minus quam ſua intereſſet, quibus a dicto digreſſis, conſuluit Rmūs Patres & adſurgens Reverendus Dñus Cyrenenſis ait, Decanum & Capitulum Metropolitanum auditis Canonicis gratiæ ſecundæ conveniſſe in eam ſententiam, ne quid decerneretur non exhibita prius originali Bulla.

Leodienſes & Trajectenſes, quos ſynodales omnes ſequuti ſunt, dixere, Canonicos illos accerſitos ut reſponderent, conſentirentve in Commiſſarios, an ſecus facerent, ad hoc nondum reſpondiſſe, requirendos iterum, ut aperte reſpondeant, & ſi quidem dicant ſe recipere, petant coram eis, quod petunt modo, nec in loco, nec in tempore, ſin autem, darent cauſam rationabilem, alioquin rem deferendam ad ſummum Pontificem & remedium quærendum.

Tum

Tum Rmûs, ſe conſilium Legatorum & cæterorum Patrum improbare non poſſe ac cenſere, ut Canonicis ea ſententia proponeretur, quæ vero nunciarentur a Capitulo Metropolitano, ſi prius ſibi ſignificata fuiſſent, ſublevaſſent eum hoc labore & de remediis aliis cogitaſſet.

Rurſus itaque intromiſſi ſunt & Provincialis dicere juſſus ait Rmûm Dñum & Patres Concilii accepiſſe ab eis reſponſionem, non qualem expectaverant, ſiquidem vocatos per litteras, ut diſerte reſponderent de receptione commiſſariorum & Commiſſariis præteritis, peterent exhiberi ſibi Bullam, quam ſcirent penes Concilium non eſſe & poſt bullam tempus deliberandi cum ſuis Capitulis ac tum demum ſe velle ea ad quæ de jure tenerentur, ſubire, Quæ res moram infinitam eſſent ſynodo allaturæ, cujus amputandæ cauſa dediſſet ſynodus Commiſſarios qui ſynodi poteſtatem hac in re haberent, etiam poſt eam diſſolutam, coram his fuiſſe eis agenda, quæ nunc poſcerent, Denuo igitur Rmûs Dnûs & Patres peterent ab eis reciperentve Commiſſarios an detrectarent, etenim Concilium deſignaſſet commiſſarios qui de gravaminibus inſtructi cum gravatis agerent ſecundum Gravaminum magnitudinem placidius & cum

cæteris amice tractarent ut ſatisfacerent ſuo muneri & ſi tractatione amica non proficeretur, juxta æquitatem & juris diſpoſitionem decernerent, quodſi exiſtimarent Concilium non habere poteſtatem dandi Commiſſarios, ut aperte id ipſum exponerent, quo cogitet Concilium de remediis indubitatis, datumque eſt eis deliberandi tempus in diem ſequentem ad horam pomeridianam tertiam & ad id temporis usque conventus dimiſſus eſt.

Cum ſurgeretur porrexerunt Trajectenſes ſcedulam ſecundum quam petiverunt Medium ſextum de reformatione judiciorum in ſpecies & membra deducendum.

Seſſio Viceſima.

Tertia Aprilis a meridie placuit Rmō & Patribus ut intromitterentur canonici gratiæ ſecundæ & reſponderunt, quorum nomine D. Decanus S. *Georgii* primum commemoravit quæ hactenus facta erant, deinde petebat humiliter valde, ne Reverendiſſimus & Patres eorum petitionem neceſſariam repudiarent, ab ea enim reſilire ob rationes quatuor non poſſent; Una erat quod negotium iſtud contingeret etiam capitula eorum, ſine quorum conſenſu nihil poſſent, Altera quod tutum

ſibi

ſibi non eſſet recedere a capitulo Metropolitano, quod cenſuiſſet prius exhibendam bullam, tertia quod exemplum exhibitum eſſet mendoſum, quarta quod juris communis ſit, ut privilegium exhibeat, qui eo velit uti.

Eis exire juſſis Reverendiſſimus conſuluit Legatos & Patres.

Leodienſes dixerunt, Canonicos non reſpondere ad propoſita, ideo ut appareat, quod intendant declinare forum, nam ad hoc ſolent privilegia nonnunquam exhiberi, deinde facere cauſam hanc Collegiis communem, a quorum nutu recedere non poſſint, tertio in dubitationem adducere, utrum privilegium exiſtat in rerum natura? Quarto ſignificare ſe cogi non poſſe niſi bulla exhibeatur, quæ non alio conſilio viderentur toties refricare quam ut ejuſcemodi exemptionibus cauſam eousque ſuſpendant donec Concilium, quod ad finem perductum jam eſt, diſſolvatur, quippe qui non ignorent Patres donec exhibeatur bulla, deliberentque & conveniat eis cum capitulis, hic morari non poſſe, quam ob rem ſibi videri conſultum, ut ſubmiſſio & conſenſus in Commiſſarios requireretur ſalvis privilegiis & juribus ita non

habituros cauſam tergiverſandi, quod ſi facere nolint, inſpectionem bullæ negari non poſſe.

Trajectenſes ſuſpicabantur idem eos machinari, quod Leodienſes & conſultum arbitrabantur ut commiſſarii eos advocarent contra quos ſi vellent, poſſent excipere, ſi non compararent, jam oſtenderent ſe Concilii authoritati non deferre, & cauſa ad ſummum Pontificem videretur referenda & petenda ab eo declaratio aut proviſio, qualem decrevit Concilium in negligentia proviſorum, petendam.

Reliquis omnibus placuerunt ſententiæ Legatorum.

Tum Rmõ Dño ſuggerente Provincialis in hanc ſententiam dixit, Rmũm Dnũm e ſententiis jam dictis animadvertere Dnõs Legatos & cæteros Patres jam dudum tœdium rerum iſtarum concepiſſe, quod appareret canonicos illos non obſcure tergiverſari & Concilium fatigare, quippe qui difficultates & exceptiones iſtas omnes multo rectius allegare apud Commiſſarios quam in Concilio poſſent, proinde quando adeo Commiſſarios declinant, nec cauſæ ſuæ fidunt nec intelligunt

ſibi

ſibi nihil conſtitutione Commiſſariorum præjudicari, cenſeret deinceps a requiſitione abſtinendum & rei ſtatum ſummo Pontifici aperiendum, & quod jam conceptum in Conſtitutionibus erat, in favorem collegiorum ut cogerentur mittere ſtudioſos ad univerſitates exteras, revocandum, donec negotium definiretur.

Leodienſes vero arbitrabantur, prius quam res ad ſedem Apoſtolicam deferretur, concordiam extra ſynodum tentandam & æquum eſſe, ut mittant ſtudioſos extra univerſitates, qui reformandæ Univerſitati non darent operam; quæ ſententiæ Legatis & Patribus placuere; Intromiſſis igitur rurſus Canonicis illis dicta eſt eis Rmi & Patrum ſententia, atque ita re infecta, ſunt dimiſſi.

Tum Reverendiſſimus Dnūs Archi Epiſcopus ad Comprovincialium Epiſcoporum legatos & Patres, ſynodum jam hebdomadis prope quatuor duraſſe & tempus ſacræ hebdomadæ poſtulare, ut optatus ei finis imponatur ac diſſolvatur, dimittanturque omnes ad ſuas Eccleſias, quam ob rem edixit, ut ſynodales omnes rurſus ad locum tractationis, ubi primo Concilii die convenerant, reverterentur ad quintum Aprilis diem, feriam ſex-

tam, ibique conſtitutiones & decreta, priusquam publicarentur, audirent, etiam judicio eorum, qui tractationibus & conſultationibus non interfuiſſent, & quorum nomine pauci quidam e patribus fuiſſent ad tractandum & conſultandum delecti, ſubmittenda, Quæ ſi probarentur omnibus ordinibus publicarentur, poſtridie illius diei in Eccleſia Metropolitana; Quibus dictis evocatus reliquit Vicarium R. D. Cyrenenſem, quo præſidente D. Cancellarius Rmi ipſius nomine reſpondit ad ſingula capita, quæ Legati Trajectenſes pro reformatione judiciorum & proceſſuum abbreviatione exhibuerant. *)

*) Ipſa Decreta Synodalia vide Tom. IV. Concilior. Germaniæ pag. 532.

LV.

Digitized by Google

LV.

PRECES FRIDERICI III. ROMANORVM REGIS.

Fridericus Dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus *Auſtrie ſtirie Karinthie* & *Carniole* Dux Comesque *Tirolis* Devotis ac religioſis Abbati & Conventui Monaſterii ſancti *Pantaleonis* Colonienſis Ordinis ſancti *Benedicti* devotis noſtris ac dilectis graciam regiam & omne bonum. Honorabiles devoti & dilecti. Divina nuper diſpenſacione ad regale ſublimati faſtigium Auguſti nomen ſuſcepimus ut inter cetera Univerſitatem jurium obſervanciarum atque conſuetudinum per Divos Romanos Principes predeceſſores noſtros laudabiliter introductarum pro vivacitate noſtra inviolabiliter augeamus & conſervemus. Cum itaque tam ex jure communi antiqua & dudum approbata conſuetudine a prefatis Romanorum Regibus predeceſſoribus noſtris diucius obſervata nobis competat ſingulis collatoribus collatricibus Collegiis Capitulis vel Conventibus per ſacrum

Roma-

Digitized by Google

Romanum Imperium ubilibet conſtitutis pro beneficio Eccleſiaſtico cum cura vel ſine cura eciam ſi canonicatus & prebenda in Metropolitana Cathedralibus vel Collegiatis Eccleſiis foret ad eorumdem collatorum collatricum Collegiorum Capitulorum & Conventuum Collacionem proviſionem preſentacionem ſeu quamvis aliam diſpoſicionem communiter vel diviſim pertinente pro ſingulis perſonis bene meritis & habilibus preces ſive nominaciones primarias dirigere effectualiter & integraliter receptas & admiſſas recipiendas & admittendas. Idcirco prefatorum predeceſſorum noſtrorum felicia capientes continuare veſtigia devocionibus veſtris pro honorabili devoto noſtro dilecto *johanne de Bliſia* clerico Leodienſis Dioceſis Baccalario in artibus primarias noſtras offerimus preces easdem devociones veſtras hortantes vobisque per hec noſtra regalia ſcripta diſtricte precipientes quatenus contemplacione jurium obſervanciarum & conſuetudinum nec non ob precum noſtrarum hujusmodi reverenciam ſingularem ipſum *johannem* ad beneficium eccleſiaſticum cum cura vel ſine cura, cujus collacio proviſio preſentacio

ſentacio ſeu quevis alia diſpoſicio ad vos communiter vel diviſim pertinere dinoſcitur ſi quod vacat vel quam primum vacaverit quod ipſe per ſe vel procuratorem ſuum duxerit acceptandum preſentetis aut hoc ipſum ſibi conferatis ut prefertur ipſique vel procuratori ſuo ejus nomine de dicto beneficio cum univerſis juribus fructibus redditibus & pertinentiis ſuis provideatis provideriqueque faciatis omni ceſſante impedimento integraliter & cum effectu circa premiſſa taliter agendo quatenus ad jurium privilegiorum libertatum & gratiarum quibus devociones veſtre a Romanorum Principibus noſtris anteceſſoribus inſignite ſunt manutentionem noſtra ſublimitas vigilancius invitetur, omni cauſa excluſa per quam veluti Imperialium & Regalium jurium obſervanciarum & conſuetudinum violatores devociones veſtre poſſent quomodolibet improbari preſencium ſub noſtri Regalis ſigilli appenſione teſtimonio litterarum. Datum *Aquisgrani* ipſo die felicis coronacionis noſtre Anno Dñi Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſecundo regni noſtri anno tercio.

Nota

Nota. In hoc diplomate omiſſus eſt dies menſis, quem ſupplemus ex alio originali Precum ejusdem plane tenoris dato ad Abbatiſſam & Capitulum ſeçularis Eccleſiæ ſanctæ *Cæciliæ* Colonienſis pro Johanne Dynslaken Clerico Colon. in artibus Magiſtro & in ſacra pagina Baccalario &c. . . . *Dat, Aquisgrani die felicis Coronacionis noſtre decima ſeptima menſis junii Anno Dni &c.* ut ſupra.

Bayerische Staatsbibliothek München

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

C. X. 6. C 3

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google